BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
32 H
9

M

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

35-C-2

Bandini

[illegible]LOG[illegible] DOCTISSIMI

[illegible]ER[illegible]E F V S T I,

[illegible]arum [illegible]

[illegible]ſæ Theologiæ ſumma [illegible]

[illegible] compendium, purè, ſimplici-

[illegible]c meth[illegible]dicè tractatur.

Nunc multò quàm an[illegible] correctiùs editi, ad vti-
litatem omnium Chriſt[illegible]næ pietatis ſtudioſorum.

Acceſſerunt in ſin[illegible]ulos libros argumenta
[illegible]icantia qu[illegible] vnoquoque libro
contineatur.

L O [illegible] I I

Apud Petrum C[illegible] Biblio-
polam Iur[illegible] 1557.

Cum Privilegio Reg[illegible] quadriēnium.

INVICTISSIMO ATQVE MAGNANIMO IMPERATORI Maximiliano Cæſari Auguſto, Benedictus Chelidonius Abbas *Viennæ ad Scotos obſecundator indefeſſus felicitatem optat.*

REbuſpubli. vt ſaluæ conſiſtere poſſint, ſapientiæ deditos oportere præeſſe, Platonis eſt ſentẽtia, Maximiliane Cæſar pijſſime. Quod quàm verum ſit & q̃ vtile, vt Græcas omittamus & Latinas, Noſtrorum quoq; indicent hyſtoriæ. Sapiens autem animus, qui dux atq; imperator vitæ mortalium eſt, is mihi demum videtur, ſi religioſus eſt. Inde fit vt ſapiẽtia (quam Græci Philoſophiam vocant, quæ Seneca teſte format animum, vitamq́ue diſponit, & actionum noſtrarum rectrix, agenda & omittenda demonſtrat, cùm ſit non modò humanarum, verùm etiam diuinarum rerum cognitio) indiſſolubilem cum religione germanitatem habeat. Eâ quiſquis imbutus eſt, rectè viuit, agitq́; feliciter. Huic fortuna omnis deſpicitur, cælũq́ue ipſum militat. Cui ſi rerum

ſummam gerendã deferas, pulcherrimum cernere eſt imperiũ. Quod priſci Romani non neſcientes imperiale faſtigiũ pontificia dignitate frequenter adcumularũt. Eaque Auguſta Maieſtas, ſacra quodamte, in hunc vſque diem dicitur. Quam ſanctitudinis reſpectu veteres (a ... præter ea quæ publicè admini... cõtra hoſtem quoque nihil in... feliciter, vt eorum ferebat opinio, gerebatur) tantum Romanam Remp. creuiſſe autumabant, quantam fuiſſe nouimus. Quorum nihilominus non ſacra, i... ecranda erat religio, ſtultaque ſapientia, & prophana ſuperſtitio. Nos itaque qui nó Ethnica, ſed orthodoxa pietate ſumus inſtituti, & non Martẽ, ſed Chriſtum fortunis noſtris inuocamus, cùm ea tuis eueniſſe conſtet temporibus, quæ nullis prioribus viſa ſunt ſeculis, & omnis admirabitur poſteritas, vtpotè publicis commoditatibus præſentiſſima & propè, niſi oculis cernerentur, incredibilia, cur non tuis quoq; ſacratiſſimis adſcribenda putemus auſpicijs? Tranſeo noua, quę hoſtes tui pluſ rifariam experti ſunt, diſciplinæ militaris

inſtituta

inſtitu[illegible], quibus tibi ab adoleſcentia in [illegible]ctutem [illegible]ſque contumax eorum ſemper [illegible] debellata ſuperbia: vt infiniti tui [illegible] triũphi: Quos Iohannes Stabius [illegible] tuæ Hiſtoricus, in grandẽ (quẽ [illegible]m nuncupat) arcum collegit. [illegible] commentarium ex Germanico [illegible]m, iuſſu tuo vertimus. Taceo [illegible]de ſtupendas, quarum tonitru fulmineque, vel Alpes contremiſcant & corruant, & quibus valeat obſiſtere nihil, [illegible] diuina in omnibus præditum in[illegible], inuentas ad prælia machinas. Pa[illegible]terea, cuius gratiâ bella omnia tibi [illegible]nt ſuſcepta, quantum fuerit ſtudium, [illegible]de poteſt colligi, quòd tantos reges, totque in tua fœdera (tuaſque affinitates magno ingenij tui artificio principes, & [illegible]æcipuè nuper Viennæ) perduxiſti. Tot [illegible] ſummates purpuratos atque tor[illegible]os, ex toto órbe Romano abs te ac[illegible] nunc eò confluxiſſe conſpeximus, quot nuſquàm vlla cõmemorat ætas con[illegible]ſſe. Quem præclariſſimum æternaque memoria celebrandũ conuentum, duobus libris, verſibus heroicis perſcripſimus,

 inque

inq́; ſacratiſſimas tuas manus obtulimus. Hęc inquã taceo ,atque conſultò quidem, quòd non modò meas vires, imò & ſeſe ipſa ſuperent. Propter quæ etiam, in te Vergilianum illud, quo principem optimũ idẽ Poeta cõplexus eſt, cõpleri video.

Tu regere imperio populos, Romane, memento.
Hæ tibi erunt artes, paciq́ue imponere morem,
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Ad vnum id,quod principum ab origine mũdi omnium fata ſuperet, veniam. Nouimus Bacchum & Herculem remotiſſimas in ſua imperia coëgiſſe gentes. Pompeium item atque Iulium multoſq́ue Romanorũ principũ alios nationes deuiciſſe quàm plurimas,at nobis haud incognitas tamẽ,Latinoque adiecisse imperio: Te autẽ ferme naſcente, atque ſubinde parẽte tuo fortiſſimo imperatore, poſteaque te fortiſſimè imperãte,alius nobis terrarũ orbis, aliæque nullis antè ſeculis cognitę, ac ne ſomniatæ quidẽ gentes,Hiſpanis, & vnde tibi maternũ genus eſt,Luſitanis,pręcipuè nauali ac propè inſana(ſi dicere liceat) indagatione tropicos ambos, et extremum, qui Antipodũ eſt, pelagum ſuperãtibus, Chriſtiano

Christiano acceſſere imperio. Quibus etiã temporibus nouum quoddam Palladi vel ipſi vt opinor, eouſque ignotum ſcribẽdi genus, quod chalcographiam vocamus, in lucem prodijt. Cuius occaſione præclariſſima illa nũc latè proueniunt ingenia, creſcunt literæ, & ad Philadelphicam quoque æmulationẽ complẽtur paſſim bibliothecæ. Quæ ſingula pluraque multò alia, tuo fato, tuiſque iure auſpicijs adſcribẽda, qui dignè memorare velit, æſtiuũ diẽ, centũq; linguas & ferreã quęrat vocẽ. Non minùs progeneris (quod antiquiſſimum eſt, & à magno illo Chamo deſcendere legimus) ampliſſimã claritudinẽ, in nepotes vſque tuos, quibus nunc mundus vniuerſus nil pretioſius habet, & ſtemmata qui regia, carptim dũtaxat dicere tentet, non tãtùm de exordio, quantum de inueniendo fine ſollicitus ſit: inq; auxilium vocet Calliopen, & ipſum quem nihil hiſtoriarũ latet Apollinẽ, ſuaſq; nihilominus incaſſum nitentes rideat vires. Omittamus tuę ſtirpis reliquos maximis vbique laudibus decantatos, Carolum ſpecimen tibi ſimillimum, tyrannorum fulmen, & occidentis

nunc, moxq́; te ſatagente orientis Regem quem Chatolicum vocare iuſtum eſt, potentiſſimum gloriæ tuæ permagnumque quis mortalium eſſe neſciat incrementum? quis dignis proſequatur laudibus? Quo Ferdinandus natu minor, par indole, natus & idem in ſceptra, germano quàm digniſſimus noſcitur. Tuarum vterq; virtutum egregius æmulator, Chriſtianis omnibus, alter (quàm de ſe optimam præbet) ſpe, alter etiam reipſâ, immenſum ſuſcitat gaudiũ. Ob eas itaque plurimaſq; alias, maximaſque tibi, vtpote ſingulariter diuo principi cælitus conceſſas gloriæ dotes, & in primis ob religionis Chriſtianæ, quem ſedulo iuuas, ac fortiſſimè defendis cultum, Bandinus noſter Medlici pridem inter alia quæ ibidem quàm plurima ſunt, vetuſtiſſima inuentus volumina, et à D. Sigiſmundo viro moribus egregijs & ſtudijs optimis longè ornatiſſimo, artiumq́ue, quas liberales appellamus, magiſtro, eiuſdem Monaſterij Abbate peruigili, productus in lucem, ſeſe ad manum me ducente lætiſſimus offert, tuiſq́; quòd longæuo carcere tandem ſit liberatus, felicibus

licibus adſcribit auſpicijs. Felicibus inquā, quippe cui iuſtè pieque viuere, ex conſuetudine puero aſſumpta, in naturā verſum euaſit: quo nunc nemo fortior, prudētiorq́;, nemo cautior, integrior & ſanctior, nemo in victos clementior, & literarum, quas optime calles, inuenitur amantior. Illum, ſereniſſime Cæſar, fauore tuo dignare, paruum quidem pondere, ſed rēligionis noſtræ ſanctis refertum dogmatis. Vnde, vt mea multorumq́; aliorum non imperitorũ fert opinio, Petrus ille Longobardus grande ſuum atque quadripartitum volumen propagaſſe videtur. Similiter & nos, quibus tanto obſecundare principi decus exiſtimatur pulcherrimũ, tantoq́; te frui Patrono tutiſſimum ducitur præſidium, tuæ Maieſtatis obſecutores paratiſſimos tuorũ, quos optimos ſemper habes in clientum numero conſcribere dignare. Viennæ ad Scotos. 1518.

A v Reueren-

REVERENDO PATRI AC DOMINO D. SIGISMVNDO ABbati in Medlico, viro & literis & religione ornatiſſimo pergrata ſibi familiaritate deuincto, plurimumq́; obſeruando F. Benedictus Chelidonius Viennæ ad Scotos Abbas S.D.

DE literaria diſceptatione, quæ nuper Viennæ inter D. Iohannem Eckiũ ſacræ theologiæ Doctorem, facultatiſq́ eiuſdem Doctores Viennenſes, maxima in literatorum frequentia facta eſt, dum inter prãdendum nuper abs te, Sigiſmunde Abba digniſſime, nonnulliſq́ alijs bonarum literarum profeſſoribus, more tibi ſolito cõferretur, ipſeq́ vt ſæpiſſimè aliàs, ſecundum priſcam, quæ mihi tua cum paternitate iam pridem fuerat conſuetudinem inuitatus conſiderem per D. Eckij mentionem, ad bibliothecæ tuæ, quam nouam conſtruxiſti, peruetuſtis manuq́ue ſcriptis codicibus plenam, digreſſi ſumus memoriam. Quorum ex numero P. tua reuerẽda librum quendam æui plenum, cui titulus erat (Liber ſententiarum Magiſtri Bãdini) paucos ante dies inditio D. Eckij repertum protulit. Quem cùm publicatu dignum, vna cuncti ſententia indicaſſemus, abs te, pater optime, quòd domeſticis tunc curis omnino fores obnoxius, eiuſdem reuidendi, & quo maximè indigebat, caſtigandi prouincia

mihi

mihi tunc fortè minùs negotioſo demandata eſt. Quam ego, vtpote P. tuæ multa pro beneuolentia, multiſq; pro beneficijs plurimum debens, audacia magis quàm fretus peritia, aſſumpto mecum in eam operam Martino Milio regulari canonico, & noſtri monaſterij tunc Plebano, viro in omnem rem literariam abundè expedito, promptius opus, & eo quo Petrus Longobardus modo, quantum licuit, diſtinxi, & à mendis, quibus plenior quàm Leopardus maculis erat, vindicaui: Autoritatum denique loca pleraq; adnotaui. Inter legendum igitur comperi certiſſimè Petrum eundem, ſuis in quatuor libris, noſtro per ordinem vſum Bandino. Petrus nanq; in ſuo qui de ſacramentis eſt quarto libro, de Confirmatione quanquam parum, nonnihil tamē diſputat. Quem ſi Bandinus (vt à nonnullis putatum eſt) abbreuiaſſet, de ſacramento eodem, vtpote re ad propoſitum neceſſaria, non ita, quemadmodum fecit, tacuiſſet. Sententiæ noſtræ D. Eckius in libro de ſua Viennæ habita diſputatione, adſtipulari videtur, cuius verba inferiùs ſubiungam. Simile de Gratiano quoque (vt veritatem exemplo adſtruam) amborum tamen ſalua reuerentia, nuper comperi. Nam Iohannes Heſſus Reuerēdiſſimi Præſulis Vratiſlauiēſis, & Caroli ducis Sileſiæ familiaris gratiſſimus, virq; doctiſſimus, conterraneus meus, ex Georgio quodam de Spalato æquè doctiſſimo Saxoniæ ducis à ſecretis, ſeſe audiuiſſe mihi aſſerebat librum

Iſidori

Iſidori Hiſpalenſis, ſynodales conſtitutiones & patrum ſententias continentem, in monaſterio quodã Turingiæ, quod Vallis ſancti Georgij vocatur, teneri. Vnde Gratianus ille quiſquis fuit maximam partem in ſuum decretum congeſſerit. Bandinus, cuias, & fortunæ cuius homo, fuerit, cùm diu multumq́, in hiſtorijs quoque doctiſſimorum virorum Georgij Collimitij, Medicinæ atq́, Aſtronomiæ Doct. Sebaſtianiq́ue Vunderlij, LL. Licentiati, magiſtrorumq́, Ambroſij Salſer, Andreæq́ue de Mergetẽ, nec non Iohannis Eckij per epiſtolam, vſu inueſtigaſſem, de viro longæua gloria digno nihil deprehendimus. Et niſi hoc ingenij ſui monumentum poſt ſe reliquiſſet, omnino forſan æterna ſepultus obliuione lateret. Volumine itaque, quandoquidem de autore nihil certi habemus, cõtenti ſimus. Quod modo Calcographis ſubiacet, in lucem (vt iuſsiſti) quàm ocyſsimè proditurum. Vale Abba literarum amator notiſsime. Datũ Viennæ ad Scotos prima die Iulij. 1518.

DOMINVS IOHANNES ECKIVS SACRAE THEOLOGIAE Doctor clariſſimus in ſuo libro quem de ſua diſputatione Viennæ habita edidit, de Magiſtro Bandino, quid ſentiat, lector aduerte. Cuius hæc ſunt verba.

AD Medlicum venimus, inſigne Diui Benedicti monaſterium, vbi dum in hoſpitio itineris comites, corpora & equos curarent, ego pro meo in bonas literas amore, monaſterium conſcendi, ſupellectilem chartaceam viſurus. Vbi codices repperi plurimos. At imprimìs mirificè oblectabar in Magiſtri Bandini ſumma theologica. Quam dum diligẽtiùs lectitaſſem, comperi (dempta ſtili elegantia) nihil eum, aut perparum à Petro Longobardo Sentẽtiarum Magiſtro differre, ita ſingulas ſententias, eò etiam ordine, quo magiſter, doctiſſimè proſequitur.

ſequitur. Contuli enim cōfeſtim librum libro, non vno in loco: vt mihi dubitatio ſuborta ſit non modica, quis ex eis cuculus fuerit, alienum ſibi ſupponens partum. Petrus enim à tot ſeculis receptus eſt pro certo autore et primario huius ſummæ. At contrà, peruetuſtus eſt Bandini codex, in antiquiſsimo monaſterio, tali formula concinnatus, vt quis faciliùs aliquid addiderit, quàm detraxerit.

Hæc Eckius.

E R R A T V L A.

Prior numerus paginam,
Poſterior lineam oſtendit.

4.21.lege,aliter atq; ille. 23. 20.le.ipſe qui.25. 9.& 11.lege patre,loco, patris. 37.leg.Quis magis eſt. 42.13.leg.excepto quòd relatiuè. Ibidem 23.lege viuus, habendo vitam. 67.in margine lege miſſus loco mittendus. 73.5.leg. profecerit charitas. 74.2.leg. eſſe,ſed cùm vna ſit.131.lege quod dicitur. 137.23.24. & 25. redundant bis poſita.183.15.le.declinandum. 190.7.le.ſecũdum profectum. 192.16.le meruiſſe 194.19. le.aduerſus iſtos. 204.11.le. perhibuimus. 231.14.per abundat. 239.19.in abundat. 258.21. leg.ideo mouetur. 270.12.ad marginem le. qualis. 275. in margine le.verborum Ezech. 296.15. leg.non eſſe contra. 325.18.lege noſtræ. 340.19.leg.Qui cùm de timore. 342.16. leg.ſapientiæ. 406. antepenul.ad marg.leg.tuba.

Erudito lectori S.

Si quæ ſint alia vel in quotationibus, vel in cõtextu facilè túte reſtitues, erudite lector, præſertim ſi cũ Petro Lõgobardo,qui paſſim in manib' eſt, cõferre nõ graueris: quod erit vtiliſſimũ. vale.

BANDINI

Theologi doctiſs. ac peruetuſti,

De ſacroſancta Trinitate liber.

Qui eſt Sententiarum primus : nunc pro commodo ſtudioſorũ ſeorſum excuſus.

Περιοχή.

PRimo hoc libro (quemadmodũ & in cæteris omnibus) mira vſus breuitate ac perſpicuitate Bandinus, vir (vt ſcripta euidenter commonſtrant) in ſacris literis, patrumq́ orthodoxorum lectione verſatiſſimus, ex his ipſis luculenta methodo (præmiſſa generali totius ſcripturæ quaſi materia) quàm compendioſiſſimè clariſſiméq́ de ſacroſancta diſſerit Trinitate: docens Deum in eſſentia vnum, in perſonis trinũ eſſe. Deinde quomodo hæ perſonæ inter ſe diſtinguantur, aliæq́ ab alijs ortum ducant: interim, perennitate, magnitudine, ac poteſtate reuerà æquales. Poſtremò de Dei ſcientia, prouidentia, prædeſtinatione, potentia, ac voluntate, varias abſtruſaſq́ ſed lectu periucundas, nec minùs vtiles paucis agitat, clareq́ diluit quæſtiones.

Generalis ſcripturæ toti' ma-

Cõfer cũ diſtin. 1a P. Lombardi.

CIrca res diuinas, ſtudioſis compendium aliquod cæleſti fauore, tradere cupiẽtes, ad-

monemur quãprimùm duo eſſe, in quibus præcipuè doctrina Dei verſatur, Res ſcilicet et ſigna. Vt enim Aug. ait: Omnis doctrina, vel rerũ eſt, vel ſignorum. Dicuntur autem res, quæ ad aliquid ſignificandum non adhibentur: Signa verò, quorum vſus in ſignificando eſt: velut vtriuſque legis ſacramenta.

Lib. 1. de doc. chri. cap. 2.

Tota res & ſigna.

Quid res.

Quid ſignum.

De his duobus, Deo ſciẽtiarum ferente opem, agere inſtituimus. Ac primùm de rebus, poſtea de ſignis diſſeremus. De rebus Aug. ait. Rerũ aliæ ſunt quibus fruẽdũ eſt, alię quibus vtẽdũ eſt, aliæ quæ fruuntur & vtuntur. Rebus quibus fruendum eſt, beatificamur. Illæ autem ſunt pater & filius, & ſpiritus ſanctus. Eadem tamen trinitas, ſumma quędã res eſt. Eſt autem frui, amore inhærere alicui rei, propter ſeipſam. Quod Trinitati dúntaxat conuenire dinoſcitur. Res verò quibus vtẽdum eſt, ſunt

c. 3. eod. lib.

Rerũ diuiſio.

Diuiſionis vſus.

Quid frui.

Quibus fruẽdum.

Quibus vtẽdum.

ſunt quibus adminiculamur, vt rebus beatificãtibus inhæreamus: quæ ſunt mundus, & in eo creata. Quibus vtẽdum eſt, vt in his inuiſibilia Dei, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciantur, hoc eſt, vt de temporalibus æterna capiantur. Eſt enim vti: id quod in vſum venerit, referre ad hoc obtinendum, quo fruendum eſt. Denique res, quæ fruuntur & vtuntur, ſancti angeli ſunt, & nos quaſi inter vtraſque, medij conſtituti. *Ad Ro. 1* **Quid vti.**

Sítne hominibus fruẽdum? Sed quæritur. Vtrùm homines ſe inuicem frui debeãt? Ad quod Auguſtinus ita reſpondet. Si propter ſe homo diligendus eſt, fruimur eo, ſi propter aliud, vtimur eo. Ideo non videtur homo propter ſe diligendus, quia in eo quod propter ſe diligitur, quo ſolo fruimur, vita beata conſtituitur. Cuius etiam ſpes hoc tempore nos conſolatur. In *c. 22. de doc. Chr.*

homine autem ſpes ponẽda non eſt. Ergo homine fruendum non eſt, nec ſeipſo etiam.

Cap. 15. Sed obijcitur, quod Apoſtolus ad Romanos ait: Si vobis primũ ex parte fruit⁹ fuero. Sanè ſubaudiẽdum eſt (in Domino) Vt idem ad Philémonẽ dicit: Ita frater, ego te fruar in Domino. Deniq; cùm homine in Deo frueris, Deo poti⁹ quàm homine frueris, vt Aug ait. **Obiectio.** **Solutio.**

Eodẽ li. 1. de doc. chriſtiana, cap. 31. et 32. Item quæritur, vtrũ Deus fruatur nobis? Quod negat Auguſt. Quia bono noſtro non eget. Ait enim propheta: Bonorum meorum non eges. Non ergo fruitur nobis, ſed vtitur: Aliôqui ſi nec etiam vtitur, quo modo nos diligat, non inuenio. Nos quoq; inuicẽ nobis vtimur, ſed aliter atq; aliter. Ille enim vtitur nobis, miſerendo, vt ſe perfruamur: Nos verò inuicem vtimur, cooperando, vt illo perfruamur. **Fruatúr ne nobis Deus?** *Pſal. 15.*

Nec etiam virtutibus fruendum **Sítne vir-**

tutibus fruendú? dum eſt. Quia quo fruimur, propter ſe tantùm (vt dictum eſt) amamus: Virtutes autem propter beatitudinẽ, non propter ſe amamus. Vnde Aug. virtutes fortè quas propter ſolá beatitudinem amamus, ſic perſuadere nobis audent, vt ipſam beatitudinem non amemus. Quod ſi faciunt, etiam ipſas vtique amare deſiſtimus, quando illam, propter quam ſolam iſtas amamus, non amamus. *De tri. lib. 13. ca. 8.*

Obiectio. At huic obijcitur quod ait Ambroſius in epiſtola ad Galatas. Hæc ſcilicet opera non nominat Apoſtolus virtutes, ſed fructus, quia propter ſe petenda ſunt. Quod ſi eſt, ergo propter ſe amanda ſunt, non propter ſolam beatitudinem. *Non reperitur in Amb. cõmẽtarijs, ſed in gloſſa interliniari.* Porrò ſciendum

Solutio. eſt, Virtutes etiã propter ſe amandas eſſe, quia poſſeſſores ſuos piè ac ſanctè delectant, nec in aliquo contriſtát: verũ, hîc nõ eſt ſiſtẽdũ, ſed per eas, ſicut per quędã admi-

nicula, vlteriùs progredimur, appetendo quiddam, in quo ſolo conſecuto, finis gaudij & delectationis, quod eſt beatum eſſe, proponitur: Hoc autem eſt ſummum & incommutabile bonum, Deus Trinitas. Atque ob hoc, virtutes propter ſolam beatitudinem amandas, dictum eſt. Vtendum ergo virtutibus eſt, & per eas, non eis, ſummo bono eſt fruendum. Sic de voluntate cunctiſque potentijs animæ dicimus. Ita eſt diſtinctio rerum vt prætactum eſt. Primùm igitur ipſo de quo loquimur adiuuante, de illis quibus fruendum eſt, agamus: ſcilicet, de ſacroſancta atq; indiuidua Trinitate.

Sũmum bonum.

Diſt. 2.

De ſacroſancta trinitate.

Hoc itaque vera ac pia fide tenendum eſt (vt Auguſti. ait) Quod trinitas eſt vnus, & ſolus verus Deus: ſcilicet pater, & filius & ſpiritus ſanctus. Hæc Trinitas vnius, eiuſdemque ſubſtantiæ

Lib. 1. de trinitate c. 2.

vel

vel eſſentiæ dicitur, creditur, intelligitur, quæ ſummum bonum eſt.

Reuerenter diſputandum de Trinitate.

De hác excellentiſſima re agamus cum modeſtia & timore: attentiſſimis etiam auribus, atque deuotis audiamus. Quia nec periculoſiùs alicubi erratur, nec laborioſiùs aliquid quæritur, nec fructuoſiùs aliquid inuenitur.

Quiſque deniq; in hac re ſtudeat Auguſt. imitari de ſeipſo dicentem. Non pigebit me, ſicubi hæſito, quærere: nec pudebit, ſicubi erro, diſcere. *Eod. lib. cap. 3.*

Quæ fuerit intétio ſcribétiũ de Trinitate?

Inde ſciendum eſt. Omnes in hac re catholicos tractatores intendiſſe docere ſecundum ſcripturas, quòd pater & filius et ſpiritus ſanctus vnius ſubſtãtiæ ſint, & inſeparabili æqualitate, vnus Deus. Vt doceatur vnitas eſſe in eſſentia, & pluralitas in perſonis. Ideoq; non credantur plures eſſe

dij, ſed vnus Deus. Teneamus igitur patrē et filiū & ſpiritū ſanctū (vt Aug. ait) vnū eſſe naturaliter Deū: nec tamē ipſum patrem eſſe, qui filius eſt: nec filiū ipſum eſſe, qui pater eſt: nec ſpiritū ſanctum ipſum eſſe, qui pater eſt aut filius.

De fide ad Petrum.

Præterea (vt Aug. ait) Hoc modo in hac re agendum eſt, vt primùm per ſcripturas, an fides ita ſe habeat, monſtretur: Deinde aduerſus garrulos, rationibus catholicis, congruiſq; ſimilitudinibus, pro aſſerenda fide defendendaq; eatur: vt eorū ſcrutinijs ſatisfaciendo, modeſtos pleniùs inſtruamus. Illi autem ſi quod quærūt, inuenire nequeunt, de ſeipſis potiùs quā de ipſa veritate, ac noſtra diffinitione vel adſertione conquerantur.

Li. 1. de Tri. c. 2

Quo ſit ordine de Trinitate agēdum.

In mediū itaq; veteris ac noui teſtamenti autoritates proferamus, quibus vnitatis ac trinitatis veritas demonſtretur. Ac primū ipſa

Teſtimonia veteris teſtamenti de diuina vnitate & trinitate.

ipſa legis occurrãt exordia. Moy- *Deut. 6.*
Vnitas naturæ. ſes ergo ait: Audi Iſrael, Dominus
Deus tuus, Deus vnus eſt. Itẽ: Ego *Exo. 20.*
ſum Domin⁹ Deus tuus, qui eduxi
te de terra Ægypti. Ecce hîc aſſe-
ritur vnitas diuinæ naturæ. Deus
enim et Domin⁹ (vt ait Amb) no-
mina ſunt naturę et poteſtatis. Itẽ *Lib. 1. de fide, c. 1. et 2.*
alibi. Ego ſũ qui ſum: et, Qui eſt,
miſit me ad vos. Dicẽs (ego ſum) *Exodi 3.*
non (nos ſumus) & (qui eſt) non
(qui ſumus) apertiſſimè vnitatẽ
diuinæ ſubſtantiæ declarat.

Perſonarũ trinitas. Perſonarũ quoq; pluralitatẽ et
naturę vnitatem ſimul Dominus
oſtendit dicens: Faciamus homi- *Gene. 1.*
nem ad imaginem & ſimilitudi-
nem noſtrã. Cùm enim (vt Aug. *De fide ad Petrum.*
ait) dicit (faciamus) & (noſtram)
oſtendit eundẽ Deum, nõ vnam,
ſed plures eſſe perſonas. Dicens
verò (ad imaginem) vnam oſten-
dit eſſe naturam, ad cuius imagi-
nem fieret homo. Item cùm ſcri-
ptũ ſit, In principio creauit Deus *Gen. 1.*

cælum & terrā: ſciendū eſt quòd
Hebraica veritas habet eloym,
vbi Deus ſcribitur, quod eſt plurale
huius ſingularis el, & interpretatur
dij vel iudices. Quòd
ergo eloym, nō el, dixit Moyſes,
perſonarum pluralitatem indicauit.
Ad quam etiam illud re-
Gene.1. fertur. Eritis ſicut dij, pro quo
Hebræus rurſum habet eloym,
quaſi dicat. Eritis ſicut diuinæ
perſonæ. Denique maximus pro-
Pſa.118. phetarum Dauid. Super ſenes intelligens,
naturæ diuinæ vnitatem
teſtatur, vbi ait. Dominus
nomen eſt illi, non domini. Di-
Pſa.67. ſtinctionem quoq; perſonarum
Pſa.32. innuit dicēs. Verbo Domini cæli
Pſa.66. firmati ſunt. Benedicat nos Deus
Deus noſter, benedicat nos Deus,
& metuant eum omnes fines
terræ. Trina enim confeſſio Dei,
trinitatē exprimit perſonarum:
Dum verò ſubiungit (eum) eſ-
Eſa.6. ſentiæ aperit vnitatē. Item Eſaias
dicit,

dicit, Seraphim clamare, ſanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus. Ter autem dicendo ſanctus: trinitatem: Dominus Deus ſubijciendo, vnitatem, apertè diſtinguit.

Veteris teſtaméti teſtimonia de æterna filij ex patre genitura.

Cæterùm Dauid ex perſona filij, diuinam generationem oſtendit ibi. Dixit Dominus ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. De hac Eſaias ait. Generationem eius quis enarrabit? De hac generatione Clemens in prima epiſtola ſua, Iacobo Epiſcopo ſcribit, dicens. Hanc ſecretam originem, cum proprio filio, nouit ipſe ſolus qui genuit. Nec à nobis Deus diſcutiendus eſt, ſed credendus, qui in nobis ipſis neſcimus, quod ſapimus, ſcilicet quomodo ſapientia, ingenium, aut intellectus, conſilium, aut mens noſtra generet verbum. Sufficit ergo noſſe, quia lux genuit ſplendorem,

Pſal. 2.

Eſa. 53.

Pſa. 109 dorē, ſicut ait propheta. In ſplen-
doribus ſanctorum ex vtero ante
Baruc 3. luciferū genui te. Et alibi. Hic De⁹
noſter, et nō reputabitur alter ad
eum. In Sapientia quoq; de ipſa
Prou. 8. dicitur. Antequam terra fieret,
ego iam cōcepta eram. Necdum
fontes, montes aut colles, & ego
Eccl. 24. parturiebar. Item: Ego ex ore al-
tiſſimi prodiui primogenita ante
omnem creaturam. Ecce aperta
de æterna genitura teſtimonia.

Mich. 5. Michæas verò vtriuſq; generationis verbi, temporalis ſcilicet & æternæ, teſtimonium dicit ſic. Et tu Bethlehem Ephrata paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſraeł, & egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis.

Geniture tēporalis teſtimonia.

De ſpiritu ſancto etiam ſpecialiter ſcriptura ita teſtatur in Geneſi: *Gene.* 1. Spiritus Domini ferebatur *Pſal.* 138 ſuper aquas. Et Dauid: Quo ibo à *Sap.* 1. ſpiritu tuo? Et in ſapientia: Spiritus ſan-

Teſtimonia de ſpiritu ſancto.

tus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum. Et Eſaias: Spiritus Domini ſuper me, etc. *Eſa. 61.*

Noui inſtrumenti teſtimonia de iiſdem.

Vt autem in medio duûm animalium veritas cognoſcatur, & forcipe ſumatur de altari calcul', quo ora fidelium tãgantur, etiam noui teſtamenti de diuina Trinitate ac vnitate, teſtimonia ponamus. Magiſter itaq; veritatis dicit: Ite, baptizãtes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. In nomine dicens, nõ in nominibus, vt ait Amb. vnitatem eſſentię: per nomina tria quæ ponit, tres eſſe perſonas declarat. Item: Ego & pater vnum ſumus. Vnum dixit (ait Amb.) ne fiat diſcretio naturæ vel poteſtatis. Addidit (ſumus) vt patrem filiumq; cognoſcas. Iohannes etiam ait. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbũ. Apertè oſtendens filium æternaliter eſſe apud patrem, vt alium apud

Mathæi vltimo. *Lib. 1. de fide c. 12.* *Iohan. 10. f.* *Loco eo.* *Iohan. 1.*

1.*Ioh*.5. apud alium.Item alibi. Tres ſunt qui teſtimonium perhibent in cælo,Pater,Verbum & Spiritus Sāctus,& hi tres vnū ſunt.Apoſtolus quoque trinitatē vnitatēq; diſtinguit ibi.Ex ipſo,et per ipſū, & in ipſo ſunt omnia,ipſi gloria.

Ad Roma.11.

Lib.1.*de Tri*.*c*.6. Ex ipſo(vt Aug:ait)dicit propter Patrem: Per ipſum,propter filiū: in ipſo,propter Spiritum ſanctū. Hæc eſt trinitas. Per hoc verò, quòd nō ait,ipſis gloria, ſed ipſi, hāc trinitatem,vnum Deum eſſe oſtendit:Sanè quia ſingulæ penè ſyllabæ noui teſtamēti, hoc concorditer inſinuāt, teſtimonia deinceps inducere omittētes, rationibus,congruiſq; ſimilitudinibus prout infirmitas noſtra valet, ita eſſe oſtendamus.

Ad Ro.1 Inuiſibilia Dei per ea quę facta ſunt, intellecta conſpiciuntur à creatura mundi:hoc eſt,homine, qui (dicente Apoſtolo) duobus iuuabatur vt Deū inuiſibilē cognoſceret, Diſt.3.

Tribus modis per creaturā creator noſci potuit.

noſceret, natura ſcilicet rationali, & operib⁹ exterioribus, in quib⁹ artificis aliquaten⁹ relucet iudiciū.

1. modus. Ait enim Amb. vt Deus qui naturā inuiſibilis eſt, etiam à viſibilibus poſſet ſciri: opus fecit, quod opificē ſua viſibilitate manifeſtauit, quod ab homine fieri impoſſibile eſt, vel ab aliqua creatura. Cóſtat igitur ſuper omnem creaturā illum eſſe, qui eam fecit, ac per hoc illum eſſe Deum, humana mens cognoſcere potuit. *In cōmē. epiſtolæ ad Ro. c. 1. Quod notum eſt Dei.*

2. modus. Quem etiā cognouerūt philoſophi omnia feciſſe, & à nullo factū fuiſſe. Videbāt enim omnem ſubſtantiā corpus eſſe aut ſpiritū: & hunc meliorem illo, ſed longè meliorē qui vtriuſq; códitor eſt. Illum igitur principiū rerū eſſe, rectiſſimè crediderūt: qui fact⁹ nó eſſet, & ex quo cūcta facta eſſent.

3. modus. Quòd verò veritas Dei per ea quæ facta ſunt cognoſcitur pluribus modis, pluraliter (inuiſibilia Dei)

Ro.1. Dei)dicit Apoſtolus,cũ ſimplex tantũ eſſentia ſit,& vna:Ex perpetuitate nanq; creaturarũ, ęternus:ex magnitudine,omnipotẽs: ex diſpoſitione, ſapiens; ex gubernatione, bonus, intelligitur conditor Deus. Igitur per hæc omnia,deitatis vnitatem cognoſcere potuit homo.

Trinitatis etiã indiciũ vel veſtigiũ haberi potuit,per ea quę facta ſunt.Ait enĩ Aug.Hęc omnia quę arte diuina facta ſunt, & vnitatẽ quandam in ſe oſtendunt,& ſpeciem & ordinem. Quodq; enim creatorum,& vnum aliquid eſt, & aliqua ſpecie formatur,& aliquem ordinem petit aut tenet. Ecce tale veſtigiũ ineffabilis trinitatis apparet in creaturis.In ea nanque ſumma origo, vel omnium rerũ vnitas eſt pater. Omnium rerum pulchritudo perfectiſſima, filius. Et beatiſſima delectatio,ſpiritus ſanctus.Sic igitur

Li.6. de Tri.cap. 10.

Quomodo trinitas noſcatur per creaturas?

per ea

per ea quæ facta ſunt, in fide inuiſibilium adiuuamur.

Quomodò in anima ſit imago trinitatis?

In mente deniq; humana (quæ diuinitatis eſt imago) pleniùs hæc intelligi poterunt. Etſi enim (vt Aug. ait) amiſſa Dei participatione deformis ſit mens humana, imago tamen Dei eo ipſo permanet, quo capax eius eſt, eiuſque particeps eſſe poteſt. Quia meminit ſui, intelligit ſe, diligit ſe: hoc ſi cernimus, cernimus trinitatem, nondũ quidẽ Deum, ſed imaginem Dei inuenimus, ſcilicet memoriam, intelligẽtiam & voluntatẽ. Hæc igitur, et tria, & vnũ ſunt. Nec enim (vt Aug. ait) ſunt tres vitæ, ſed vna. Quæ etiam relatiuè dicuntur (vt Aug. ait) mens enim amare ſeipſam, vel meminiſſe non poteſt, niſi ſe etiã nouerit. Nam quomodo amat, vel meminit quod neſcit? Sic etiã de cæteris dicendum eſt. Mens autem ipſa vel vita ad ſe dicitur.

Li. 14. de trini. cap. 8.

Lib. 14. c. 8.

C Proinde

Proinde & æqualia ſunt non ſolũ ſingula ſingulis, ſed et ſingula omnibus. Memini enim me memoriam habere, intelligentiã & volũtatẽ: Intelligo me intelligere velle & meminiſſe. Volo etiã me velle, et meminiſſe et intelligere.

Quomodo tria illa ſint æqualia?

Sed quomodò hæc dicũtur vna mẽs, cũ potiùs mẽtis vires dicẽda videãtur? Ideo. ſ. quia in ipſa mẽte ſubſtãtialiter exiſtũt. Vnde Aug. Admonemur hæc in animo exiſtere ſubſtãtialiter, nõ tãq̃ in ſubiecto, vt color in corpore: Quià etſi relatiuè dicũtur ad inuicẽ, ſingula tamẽ ſubſtãtialia ſunt in ſua ſubſtantia. Miro itaq; modo, tria hęc inſeparabilia ſũt à ſemetipſis, et eorũ vnũquodq;, et ſimul omnia, vna ſubſtãtia ſũt, vt dictũ eſt.

Quomodo illa tria dicãtur vnũ?

Li. 9. de tri. c. 4.

Cùm autem per hæc appareat trinitas creata increatę ſimilis trinitati, in pluribus tamẽ diſſimilis exiſtit, quod facilè oſtenditur ſi aduertatur. Ecce enim vn⁹ homo eſt, qui

Quę diſſimilitudo ſit creatæ et ĩcreatæ trinitatis? Prima diſ.

eſt,q̧ habet hęc tria.Nõ autẽ ipſe eſt hęc tria,nec hęc tria ſunt vnus homo: Ibi verò vnus De⁹,eſt tres perſonę:et tres perſonę,vn⁹Deus.
diſſ.2. Itẽ hîc eſt tãtùm vna perſona, ibi autẽ tres perſonę ſunt,pater et fili⁹et ſpirit⁹ſ.Deniq;,hîc nullũ ho-
3.diſſ. rũ triũ eſt homo: Ibi verò quęlibet perſonarũ plenus et perfectus eſt Deus.Multũ igitur mẽs noſtra diſtat à trinitate increata. Quæ quidẽ mẽs imago Dei eſt(vt Aug. *Li.14 de* ait)nõ ideo tãtùm,quia meminit *tri.c.12.* ſui,intelligit,ac diligit ſe:ſed quia poteſt etiã et meminiſſe,et intelligere,et amare illũ,à quo facta eſt. Per quod vnitatẽ in trinitate,& trinitatẽ in vnitate intelligere valet.Intelligit enim vnũ tãtùm eſſe principiũ rerũ,quia ſi plura eſſẽt, vel omnia eſſent inſufficiẽtia, vel cętera pręter vnum ſuperuacanea eſſẽt.Illud autẽ prĩcipiũ, nõ fatuũ putauit,vnde ſapiẽtiã ibi eſſe intellexit, quã cũ diligit,etiã amorem

 ibi eſſe

ibi eſſe recta ratione deprehẽdit. Patet ergo, quomodo mẽs noſtra Deo ſit ſimilis, qualiter etiam per eam deitatis vnitas atq; trinitas homini potuit innoteſcere.

De trinitatis vnitate.

Ergo ſecundum prædictorum ſignificationem, credamus patrẽ & filium & ſpiritum ſanctum vnum eſſe in natura, & trinum in perſonis. Vt enim Aug. ait. Vna eſt natura ſiue eſſẽtia patris, & filij, & ſpiritus ſancti, non vna perſona. Si enim ſic eſſet vna perſona, ſicut eſt vna ſubſtantia patris & filij & ſpiritus ſancti, veraciter trinitas non diceretur. Item trinitas quidẽ eſſet vera, ſed vnus Deus trinitas ipſa non eſſet, ſi pater & filius & ſpiritus ſanctus ſicut ſunt perſonarũ proprietate ab inuicem diſtincti, ſic quoque eſſent naturarum diuerſitate diſcreti. Teneamus igitur, quòd in illa ſancta trinitate, vnus eſt pater, qui ſolus genuit filium: &

De fide ad Petrũ, c. 1.

De Tri. lib. 15. c. 20.

Firmiſſi argumentũ cõfirmãdę Trinitatis

vnus eſt filius, qui ſolus eſt de patre natus: & vnus eſt ſpiritus ſanctus, qui ſolus ab vtroque procedit. Quod totum non poteſt vna perſona, hoc eſt, gignere ſe, et naſci de ſe, & procedere à ſe.

Diſt. 4.

An Deus rectè dicatur genitus?

Emergit igitur hîc quæſtio. Vtrùm ſe Deus genuerit? Conſtat quippe, quòd Deus genuit Deum, quia pater genuit filium, & vterque eſt Deus. Ex hoc ita proceditur. Si Deus genuit Deum, ergo aut ſe Deum, vel alium Deum: Quòd ſi alium, non eſt tantùm vnus Deus. Si autem ſeipſum, ergo aliqua res ſeipſam genuit. Cui contradicit Aug. inquiens. Qui putant eius eſſe potentiæ Deum, vt ſeipſum genuerit, eò plùs errãt, quòd non ſolùm Deus ita non eſt, ſed nec vlla creatura. Nulla eſt enim res quæ ſeipſam gignat. Videtur tamen Aug. ſibi obuiare, vbi dicit. *Li. 1. de trin. c. 1.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

In epiſtola 66. ad Maximinum medicũ.

Deus pater ſe alterũ genuit, quod ita ſanè intelligitur, hoc eſt, de ſe alterá genuit perſoná: vel genuit alterũ, i. filiũ, q hoc ipſũ eſt quod ipſe. Illationi auté prædictæ, ſcilicet, Si De⁹ genuit Deũ, ergo vel ſe Deũ, vel aliũ, iſta ſimilitudo obloquitur: Fili⁹ Dei cœpit eſſe pſona hoĩs, ergo vel ea quæ ipſe eſt pſona hominis, vel alia: quod vtrũq; cùm ſit abſurdũ, nequaq̃ eſt cócedẽdũ. Ita et de ſimilib⁹ eſt dicẽdũ.

Eãdẽ tamẽ quæſtioné, alijs vrgent verbis. Deus pater genuit Deum, ergo vel Deum qui eſt Deus pater, per quod videtur ſeipſũ genuiſſe, vel Deũ qui non eſt Deus pater, per quod videtur aliũ Deũ genuiſſe. Sed licèt hoc catholicè cócedi poſſit, quia hęc oratio, Deus pater, nó ſecũdũ ſubſtãtiam dicitur, ſed perſonalis eſt: ad omné tamé pertinaciá euacuãdá, illam propoſitioné, ſcilicet Deus pater genuit Deũ, qui nó eſt Deus

pater,

pater,ex vi relationis determinã-dã admonemus, vt ſcilicet (qui) relatum ſimpliciter ad Deũ, falſũ inducat:relatum verò ad Deũ genitũ, cõueniẽter, verũ proponat. Eſt enim Deus pater idẽ De⁹ qui et genitus, nõ tamẽ Deus pater eſt genitus Deus, quia ſic vna perſona eſſet alia, quod abſit.

Diſt. 5. An eſſentia diuina rectè dicatur genita aut genuiſſe.

Cõſequẽter quæritur, An pater genuerit diuinã eſſẽtiã, an ipſa filiũ, an eſſentia eſſentiam, nec ne? Quòd pater diuinã eſſẽtiã genuerit, videtur ex verbis Aug. dicẽtis. De⁹ cũ verbũ genuit, id quod eſt ipſe, genuit. Itẽ De⁹ pater qui veriſſimè ſe indicare animis cognituris & voluit & potuit, hoc ad ſeipſũ indicãdũ genuit, quod eſt ipſe, quod genuit. Ipſe autẽ nihil aliud eſt, q̃ diuina eſſentia, quare videtur ipſam genuiſſe. Cæterũ prędicta ſic intelligẽda dicim⁹, Pater, id quod eſt ipſe genuit, hoc eſt filiũ, qui eſt id quod pater eſt,

De fide ca. 3. & ſym. c. 3.

ſed nõ is qui pater. Alius eſt enim pater, alius filius, ſed non aliud.

Porrò quòd pater diuinã eſſentiam non genuit, triplici ratione probatur. Prima, Si eã genuit, ſequitur quòd relatiuè dicitur ad eam. Quod ſi eſt, nõ indicat hoc nomẽ (diuina eſſentia) ſubſtantiã. Ait enim Aug. Quod relatiuè dicitur, ſubſtantiã non indicat. Secunda, Quòd ſi ipſe genuit eam, cũ ipſe ſit diuina eſſentia, idẽ genuit ſeipſum, quod eſſe nõ poteſt, vt prædictũ eſt. Tertia, Quia ſi eã genuit, nõ genitor geniti, ſed genitũ erit cauſa genitoris, vt ſit, & Deus ſit, Quippe diuina eſſentia Deus pater, & eſt, & Deus eſt. Similiter dicendum eſt. Quòd neque diuina eſſentia genuit filiũ, quia ad eum relatiuè non dicitur.

Eſſentiã non eſſe genitam probat. Prima ro.

Secunda.

Tertia.

Nec eſſentia genuit eſſentiam, prædicta ſcilicet ratione, quia idẽ non generat ſeipſum. Verùm ei quod dicimus, Aug. cõtraire videtur

Obiectio ex Aug. lib. 7. de Trin. ca. 1. & 2. Diluitio

detur. Dicit enim: Sicuti de eſſentia, eſſentia: ſic ſapientia de ſapientia. Et alibi. Chriſtū Dei filium verum Deum crede, vt diuinitatē eius de natura patris eſſe natam, non dubites. Hęc autem, et ſi qua ſimilia, ſic intelligenda noueris, ſicuti de eſſentia, etc. hoc eſt, ſicuti filius eſſentia de patris eſſentia eſt, ſic & filius ſapientia, de patris ſapientia eſt. Quod autem ſic ſanè exponitur, ex verbis conijce Auguſtini dicētis. Ideo Chriſtus dicitur virtus, & ſapiētia Dei, quia de patre virtute et ſapientia, ipſe quoq; virtus & ſapientia eſt.

In li. de fide ad Petrum.

Confir. ſolutionis.

Li. 1. de tri. ca. 3.

Obiectio ex Hilario.

Videtur etiam prædictis contrarium, quod Hilarius ait. Nihil niſi natum habet filius. At filius habet etiam eſſentiam diuinam (tota enim eſt in eo) Quare videtur, & ipſa nata eſſe. Idem apertiùs dicit. Non corporali inſinuatione patrem in filio prędicamus, ſed ex eo eiuſdem generis, geni-

Lib. 4. de tri. nō longe à pricipio.

Lib. 9. de trini.

De trin. li. 7. c. 8.

tã naturã, naturaliter in ſe gignẽtẽ habuiſſe naturam. Ecce his verbis manifeſtè dicit, Dei naturã genitã, et genuiſſe. Sanè vt idẽ dicit, Intelligẽtia dictorũ ex cauſis eſt aſſumẽda dicẽdi. Nõ enĩ ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubiect⁹. Hęc ergo verba ſic fideliter accipi poſſũt. Nihil habet fili⁹ niſi natũ, hoc eſt, nihil habet fili⁹, ſecũdũ ꝙ De⁹, niſi quod naſcẽdo accepit. Itẽ, ṗdicam⁹ ex eo eiuſdẽ generis naturã genitã, etc. hoc eſt, pręedicam⁹ patrẽ qui eſt natura, eſſe naturaliter in genito. i. in filio à ſe genito, qui eſt eadẽ natura ꝗ pater eſt. Vnde idẽ Hilarius: Eandẽ naturã habet genitus, quam ille qui genuit.

Circa medium 4. libri.

Lib. 5. eiuſdem.

Frequenter quoque occurrit legenti: patrẽ de ſua natura filium genuiſſe. Vnde Aug. Pater Deus, de nullo genitus Deo, ſemel de ſua natura ſine initio genuit filiũ Deum. Item Aug. ſuper illud. Qui eruit nos de poteſtate tenebrarũ, & tranſtulit

De fide ad Petrũ, c. 2. De trin. li. 15. ca. 19. circa finem.

Quid ſit, Pater de ſua ſubſtantia filium genuit?

et trãſtulit in regnũ filij charitatis ſuę. Quod dictũ eſt, inqt, Filij charitatis ſuę, nihil aliud intelligitur, q̃ filij ſui dilectiſſimi, quod eſt, filij ſubſtãtiæ ſuæ. Charitas quippe patris, quæ in natura eius eſt, nihil eſt aliud, q̃ ipſa natura, atque ſubſtantia: Ac per hoc filius charitatis eius, hoc eſt, qui de ſubſtantia eius eſt genitus. Idẽ quoq; ait, Subſtantiã Dei genuiſſe filiũ. Carnalibus (inqt) cogitationib⁹ pleni, ſubſtantiam Dei de ſeipſa gignere filium non putatis, niſi hoc patiatur, quod ſubſtantia carnis patitur, quãdo gignit. Erratis non ſcientes ſcripturas neq; virtutem Dei. His verbis planè videtur natura Dei vel ſubſtãtia genuiſſe filium. Ne autem hęc et ſi qua ſimilia, vaſa mortis ſint nobis, ſed vitę ad ſimplicitatis ſenſum, quæ eſt amica veritatis, huiuſmodi ſemper reducenda monemus. Sine præiudicio itaq; dicimus, quæ de natura

Contra Maximinum li.3.c.14.

Math. 22.cap.

natura, vel ſubſtãtia dici vidétur, ad perſonas eſſe referenda. Quæ ſanè nõ nomine perſonarum, ſed naturę ipſius expreſſerunt autores, per hoc nobis inſinuantes eiuſdem naturæ & ſubſtantiæ, & immutabiliter (vt ait Hilarius) ac indiuidualiter tres eſſe perſonas. Vnde Aug. in eodẽ. Trinitas hæc vnius eiuſdemq; ſubſtantię eſt.

Contra Maximinum lib. 3.

Diſt. 6.

Pater volẽs ne an nolens genuerit?

Præterea quæritur: An pater voluntate, an neceſſitate genuerit filium: an nolẽs an volẽs ſit Deus? Quòd voluntate genuerit, ſic videtur poſſe probari. Idem eſt natura patris & eius voluntas. Concedis autem quòd naturâ genuit, ergo & voluntate, Sed hoc facilè in ſimili refellitur. Idem eſt enim eius ſcientia & volũtas, ergo quęcũque eo ſciẽte fiũt, & volente: non ſequitur. Neceſſitate autem nõ genuit: quia vt Aug. ait, Grandis miſeria & abſurditas poneretur in Deo, ſi neceſſitate genuiſſe diceretur

De trin. l. 15. c. 20

diceretur: Dicim' ergo, quòd neq; volẽs neq; nolẽs genuit, hoc planè ſenſu, volũtate ſcilicet præcedẽte vel ſequente genituram, vt putabat Eunomius. Volũtas enim generãdi in patre, et ipſe genitus ſimul ab ęterno fuerunt, ſicut Aug. dicit. Filius Dei ſemper fuit cũ patre, nec pręceſſit eum paterna voluntas vt eſſet. Secũdũ hoc igitur dicimus, quôd filius nõ volũtate ſed naturâ ſit filius: et ſicut pater, Deus eſt naturâ, nõ voluntate, ſic fili' etiã & ſpiritus ſanctus. Quod quia Eunomi' intelligere nõ potuit, nec credere voluit, Vnigenitum Dei dixit, non naturæ, ſed voluntatis filium eſſe. Sanè huius dialectica deridenda eſt (vt Aug. ait) Tenendum itaq; eſt, quòd pater non voluntate genuit filium, quia voluntas generandi filium non præceſſit. Nec neceſſitate, ne abſurdè de Deo loquamur, ſed naturâ genuit. Eſt enim (vt Hila-

Et in 4. ad Oroſiũ to. 4. dial. 65. quæſtionũ 4. 7.

Vbi ſuprà.

De trin. l. 15. c. 20

Pater genuit naturâ.

riusait)Naturâ filius,qui eandem naturã quã ille qui genuit, habet.

Cũ pater et filius vna eadẽq; ſint eſſẽtia,vt dictũ eſt, tenẽdũ quoq; eſt vnã eãdemq; eſſe potẽtiã vtriuſq;.Eſt enĩ ibi oĩno idẽ eſſe quod poſſe.Vnde cõſtat,ꝙ quicqd poteſt pater, fili⁹ quoq; poteſt. Verũ de hoc difficilis oritur quęſtio. Si enĩ quicqd pater poteſt,et fili⁹: igitur fili⁹poteſt generare,quia pater poteſt hoc.Quod ſimilitudine infirmatur:Quicqd enĩ eſt pater, & fili⁹ eſt:ergo fili⁹ eſt pater,quia pater eſt pater,quod nõ ſequitur. Ideo ſcilicet quia patrẽ eſſe patrẽ, non eſt patrẽ eſſe aliquid, ſed ad aliqd. Sic fortè nõ infideliter dicitur,patrẽ poſſe generare,nõ eſt patrẽ poſſe aliquid.Quippe ſicut pater,ita & generare ad relatiuũ ꝑtinet. Vehemẽtiùs ſanè vrgetur quęſtio,ex verbis Aug.cõtra Maximinũ hæreticũ, qui patrẽ aſſerebat filio potẽtiorẽ,eò quòd pater

Dist. 7.

Obiectio.

Solutio ꝑ ſimile.

Lib.3. cap.12.

Obiectio difficilior ex Aug.

ter potuit generare, & genuit filium Deũ creatorẽ, filius autẽ nõ. Cui Aug.ait. Abſit vt ideo potẽ-
Solutio. tior pater ſit filio, ſicut putas, quia creatorẽ genuit pater, fili9 autẽ nõ genuit creatorẽ. Neq; enim non potuit, ſed non oportuit. Quod ſi diligenter attẽdas, dicere videtur quòd potuit et filius generare, ſed nõ oportuit. Proĩde cur nõ oportuit? ſubdit Aug. Eſſet enim (inqt) immoderata diuina generatio, ſi genit9 filius nepotẽ gigneret patri, qa et ipſe nepos, niſi auo ſuo pronepotẽ gigneret (ſecũdũ veſtram mirabilẽ ſapiẽtiã) impotẽs diceretur. Similiter etiã ille, ſi nepotẽ nõ gigneret auo, et pronepotẽ proauo, non diceretur à vobis omnipotens. Nec impleretur generationis ſeries, ſi ſemper alter ex altero naſceretur. Nec enim eã perficeret vllus, ſi nõ ſufficeret omnipotẽs vnus. Sic ergo intelligendum putamus, quod præmiſſum

eſt.ſ.

eſt.ſ.Non enim nõ potuit, ſed nõ oportuit,hoc eſt, non ex impotentia eſt,quòd filius non genuit, ſed quia ei non conueniebat, ratione quæ prædicta eſt. Sicut pater non eſt filius, nec filius pater, nec eſſe poteſt.Quod nõ ex impotentia alterutrius eſt, ſed quia non cõuenit patri eſſe filium, aut filio eſſe patrem. Quod autem Aug. dicit Maximino quærenti. Quare pater nõ poteſt eſſe filius, vel filius pater?Nõ vtiq;(inquit) ex impotentia,ſed pater proprietate generationis pater eſt, qua oportet eum non eſſe filium: & filius proprietate natiuitatis filius eſt,qua oportet eum non eſſe patrem. Sic itaq; non ex impotentia, ſed proprietate generationis pater generat, qua oportet eum non gigni.Et filius proprietate natiuitatis gignitur, qua oportet eum non gignere.

Aug. ad Maxim.

Non cõueniebat filium generare.

Deniq; probatur filium generare

Filius nõ potuit generare. rare non poſſe. Si enim potuit generare, ergo potuit eſſe pater: quòd ſi potuit eſſe pater, ergo vel patris, vel ſui, vel ſpiritus ſancti, vel alterius. At alterius non, quia nullus alius ab æterno eſſe potuit. Sed neq; patris, quia ingenitus & innaſcibilis eſt: Nec ſui, quia nulla res ſeipſam generare poteſt: Neque ſpiritus ſancti, quia ipſe non poteſt naſci; alioquin eſſet alterabilis. Relinquitur ergo, quòd filius generare non potuit.

Quomodo pater & filius eiuſdem ſint potentiæ? Propoſita ergò quæſtio ſic expedienda videtur. Quicquid pater poteſt, & filius: hoc eſt, quicquid patris potentiæ eſt ſubiectum, & filij potentiæ ſimiliter, quia eadem omnino eſt. Subiecta verò potentię appellamus ea, quę ipſam potentiam ſequuntur. Generatio autem vel generare, nec præcedit nec ſequitur potẽtiam: ſimul enim cum ea eſt ab æterno.

Obiectio. Cęterùm ſi cóceditur, quòd poſſe

generare, ſit aliquid poſſe, ſic obiicitur? Hoc poſſe habet pater, quod non habet filius: ergo aliquod poſſe habet pater, quod nó habet filius. Reſpondetur à ſimili, hoc eſſe habet pater, quod non habet filius, ſcilicet eſſe patrem: ergo aliquod habet eſſe pater, quod non filius, falſum eſt. Omne enim, & totum eſſe patris, eſt omnino & filij. Dicimus autem, quòd eadem potentia prorſus eſt patris et filij, licèt nó penitus quicquid de patre dicitur, ſecundum ipſam de filio dicatur. Quod patet in ſimili. Idem enim coniugium, penitus eſt in iſtis duobus, & tamen ſecundum ipſum, vir dicitur maritus & non vxor: Fœmina verò vxor, & non maritus: Vel vt manifeſtiùs dicatur: Eadem eſt omnino voluntas patris & filij: Ea tamen vult pater, pater eſſe, et nó filius. Et filius, vult eſſe filius

Reſponſ.

filius,et nõ pater. Sic ergo eadem eſt patris & filij potẽtia,ea tamen poteſt pater generare, & genitus non eſſe: filius genitus eſſe,et non generare. Vel non inſubtile eſt,ſi quis dixerit patrem poſſe generare, hoc non ex ſola potentia poſſe dici,ſed ex proprietate etiã generationis. Quæ cùm filio non conueniat, nulli mirum,ſi poſſe generare ei non conuenit.

Alia reſ.

Qualiter potẽtiam generãdi habeat filius?

Si autem dicitur, filius habet potentiam generandi, ſic diſtingue. Habet potẽtiam generandi, hoc eſt,vt generet, vel generare poſſit: falſum eſt. Habet autem potentiam generandi, qua ſcilicet generatur, vel generari poteſt.

Imperſonaliter verum eſt. Sicut habes ſcientiã ſcribendi,hoc eſt,qua ſcis ſcribere, falſum: ſed qua ſcitur ſcribere,verũ. Dicimus etiã, quòd in progreſſu prædictæ oppoſitionis, ſcilicet, Quicquid

poteſt pater, & filius: ſed pater poteſt generare, ergo & filius. hoc verbum, poteſt, aliter in propoſitione, aliter in aſſumptione, vel concluſione accipitur. Sicut hęc verba, Deus, et, eſt, in diuerſis locis poſita, aliter & aliter ſignificāt. Exempli cauſa, Omne quod Deus pater eſt, idem Deus filius eſt: ſed pater eſt Deus generans, ergo et filius eſt Deus generans, non ſequitur. Item, Quicquid eſt pater, & filius: ſed pater eſt generans, ergo & filius eſt generans, nõ ſequitur. Ideo, quia hęc verba, Deus, et, eſt, in propoſitionibus eſſentialiter ſignificant. Deinde verò perſonaliter cõſignificāt. Sic igitur prædicta quæſtio multis modis ſoluitur. Et filium non poſſe generare, ſed gigni: patrem autem generare poſſe, & nõ gigni, verè creditur & intelligitur.

Nunc de veritate diuinæ eſſentiæ agendum eſt. Eſt itaque Deus Diſt. 8.

ſine

ſine dubio ſubſtantia, vel ſi meliùs dicatur, eſſentia, quã Græci ουσίαν vocant. Sicut enim ab eo, quod eſt ſapere, dicta eſt ſapientia, & ab eo quod eſt ſcire ſcientia, ita ab eo, quod eſt eſſe, dicta eſt eſſentia. Et quis maior eſt illo qui dixit. Ego ſũ qui ſum: et Qui eſt, miſit me ad vos? Ipſe, inquam, verè & propriè dicitur eſſe, cuius eſſentia non nouit præteritum, nec futurum. Vnde Hiero. ſcribit ad Marcellam. Deus ſolus qui exordium non habet, veræ eſſentiæ nomen tenet. De quo enim dicitur, fuit, non eſt: & de quo dicitur, erit, nondum eſt. Deus autem tantùm eſt: qui non nouit fuiſſe, vel futurum eſſe. Solus igitur Deus verè eſt, cuius eſſentiæ comparatum noſtrum eſſe nihil eſt.

Exod. 3.

Attingit quidem Hier. ibi et ad Damaſum, ſed ad verbũ eſt in Iſidoro lib. 7. ethim. cap. 1.

Senſus verborũ Hierony.

Cæterùm his occurrunt, quæ frequenter ſcriptura commemorat: Deus fuit ab æterno, fuit ſem-

Tracta. 99. ſuper Ioh. c. 16

per & erit in ſecula, & huiuſmodi. Auguſtinus etiam ſuper Iohannem ait. Quum de ſempiterna re propriè dicatur, eſt, ſecundum nos bene dicitur, fuit, et erit. Fuit, quia nunquam deſijt. Erit, quia nunquam deſinet. Eſt, quia ſemper eſt: non præterijt, quaſi quod non maneat: non erit, quaſi quod non erat, qualiter de nobis non dicitur. Secundum hæc ergo verba Hieronymum intelligentes dicimus: Non nouit fuiſſe vel futurum eſſe, hoc eſt, non præterijt, neque deſinet eſſe, ſed tamen, eſt tantùm, quia ſemper eſt.

Licèt enim verba ſubſtantiua diuerſorum temporum de Deo dicantur, non tamen temporales motus eſſe diſtinguunt, ſed eſſentiam diuinitatis ſimpliciter inſinuant. Deus ergo ſolus, & propriè naturaliter dicitur eſſentia vel eſſe. Vnde Hilarius

rius: Non eſt Deo accidens eſſe, ſed ſubſiſtens veritas & manens cauſa & naturalis generis proprietas. *Li.7.de Tri.non longè à pricipio.*

Deus eſt incõmutabilis.

Quæ eſſentia Dei, propriè incommutabilis eſt, quia nec mutatur, nec mutari poteſt. Vnde Auguſtinus. Aliæ (inquit) eſſentiæ vel ſubſtantiæ capiunt accidentia, quibus in eis fiat immutatio. Deo autem nihil horum accidere poteſt, ideoque eius ſola ſubſtantia vel eſſentia incommutabilis eſt. *De Tri. li.5.c.2.*

Ac per hoc Apoſtolus de Deo ait. Qui ſolus habet immortalitatem, eam intelligens immutabilitatem, quam nulla habere poteſt creatura, quoniam ſolius creatoris eſt. Vnde Iacobus Apoſtolus. Apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Et Dauid. Mutabis eos & mutabuntur, tu autem idem ipſe es. Et alibi. *1.Tim. 6.cap.* *Iacob.1.* *Pſa.101.* *Mala.3.*

Contra Maximinum lib.3. cap.12.

Ego Deus & nõ mutor. Cæterùm omnis creatura mutabilitati ſubiacet, quæ (vt ait Aug.) nonnulla mors ipſi⁹ creaturæ eſt, quia facit aliquid in ea non eſſe, quod erat. Siquidẽ ipſa anima humana, licèt immortalis ſit, quia ſecundum ſuum modum nunquam viuere deſinit, habet tamẽ mortẽ ſuam: quia ſi iuſtè viuebat, & peccat, moritur iuſtitiæ: ſi peccatrix erat, & iuſtificatur, moritur peccato: vt alias eius mutationes taceam. Et creaturarũ natura cæleſtium mori potuit, quia peccare. Etenim angelorum quidam peccauerũt: & qui nõ peccauerũt, peccare potuerunt. Nihil autẽ Deo tale accidere poteſt. Quare cùm ſolus Deus ſit immutabilis propriè, ſol⁹ etiã verè eſt immortalis.

Omnis creatura mutabilis.

Eadem quoq; diuina eſſentia propriè ac verè ſimplex eſt, quia in ea nec partium, nec accidẽtium ſeu quarumlibet formarum vlla diuerſitas

Simplicitas Dei.

diuerſitas,ſiue variatio vel multitudo eſt,quod in nulla creatura cõtingit.Quippe,vt Aug.ait.Corporalis creatura partibus conſtat: ita vt ibi ſit alia pars maior, alia minor:& ipſum totum maius ſit, quàm pars quælibet.In qua etiam aliud eſt magnitudo, aliud color, aliud figura: quæ omnia in corpore multiplicitatem faciunt.

De Tri. lib.6. cap.6.

Creatura eſt multiplex.

Spiritualis quoque creatura multiplex eſt. Quippe anima licèt corpori comparata, ſit ſimplex, eò quòd particulatim per ſpacia loci non diffundatur, ſed vbicũq; eſt,tota eſt:tamen nec in ipſa,vera ſimplicitas eſt.Cũ enim aliud ſit artificioſum eſſe, aliud inertem,aliud acutum,aliud memorem,poſſintq́; hæc & alia innumerabilia in animæ natura inueniri,conſtat ipſam non ſimplicem eſſe,ſed multiplicem,quum nihil horũ ſit anima, ſed hæc ipſa habeat.Denique quicquid in Deo

eſt, Deus, vnde & eius ſimplicitas apparet, præſertim cùm idem ſit habitum, & quod habet. Non enim propter hoc naturam ſummi boni ſimplicem dicimus, quia eſt pater in ea ſolus, vel filius in ea ſolus, vel ſpiritus ſanctus ſolus, hoc eſt, quia ſola eſt iſta nominum trinitas, ſiue ſubſiſtentia perſonarum, ſicut Sabelliani putauerunt. Sed ideò ſimplex dicitur, quia eſt hoc quod habet, accepto (quod) relatiuè, quæque perſona dicitur ad alteram, nec eſt ipſa. Nam vtique pater habet filium, ad quem relatiuè dicitur, nec tamen eſt filius. Et filius habet patrem, nec tamen ipſe eſt pater. In quo verò ad ſemetipſum dicitur, non ad alterum, hoc eſt, quod habet. Sicut ad ſemetipſum dicitur vnius habendo vitam, & eadem vita ipſe eſt, quod in alijs rebus non contingit. Neque

Aug. l. 11. de ciuitate Dei c. 10

enim

enim habens liquorem, liquor eſt: nec corpus, color: nec anima eſt ſapientia, ſed tantùm habens eam. Ac per hoc ſolus Deus verè & propriè ſimplex eſt.

Deus multipliciter dicitur.

Deus tamen multipliciter dicitur, vt ſapientia, iuſticia, prudētia, & ſanctitas, & ſi quid tale nō indignè de Deo dicatur. Hoc autem ideò eſt, quia multiformiter operatur Deus in rebus, non quòd in ipſo ſit multiplicitas vlla: etenim quamuis vnum ſit in ſubiacenti, Deus: pro varietate tamen ſenſuum, multis vocabulis nuncupatur. Aliud autem ſignat ſapientia, aliud autem ſcientia, iuſticia, & ſic de cæteris. Sapientia nempe eſt, quia de diſciplinis diuinarum humanarumque rerum inſtruit: Iuſticia eſt, quando iudex & diſtributor meritorum intelligitur: Prudentia eſt, quando doctrina vel demōſtratio bonarum malarumque

malarumque verarũ & falſarum rerum, vel neutrarum, cognoſcitur. Porrò ſanctitas eſt, quia ipſe firmamentũ, & confirmatio omnium rerum. Hoc autẽ & ſi quid tale de Deo dicitur, præter accidẽtiũ reſpectũ intelligitur. Cùm et nos moneat Aug. Intelligamus (inquiẽs) in quantum poſſimus, Deum ſine qualitate bonum, ſine quantitate magnũ, ſine indigentia creatorem, ſine ſitu præſidentem, ſine ambitu omnia cõtinentem, ſine loco vbique totum, ſine tempore ſempiternum, ſine mutatione ſui, mutabilia facientem, nihilq; patientem. Quiſquis Deũ ſic cogitat, licèt nondum inuenerit omnino quid ſit, piè tamen caueat, aliquid ſentire de illo, quod non ſit.

De tri. lib. 5. c. 1.

Propterea prædicamentorum legibus atque accidentibus Deus non eſt ſubiectus. Ideóque nec propriè ſubſtãtia dicitur. Quippe cùm

Tãta eſt Dei ſimplicitas, vt nulli prædicamẽtorum ſubijciatur.

cùm ab eo quod eſt ſubſiſtere, ſubſtãtiam dicamus: Quod rectè dicitur de his rebus, in quibus ſubiectis ſunt ea, quæ in ſubiecto eſſe dicũtur, vt color in corpore, quod nefas eſt dicere de Deo. Quocirca abuſiuè ſubſtantia, magis propriè & verè Deus eſt & dicitur, eſſentia.

Diſt. 9. De proprietatibus perſonalibus trinitatis & vnitatis.

Nunc ad diſtinctionem perſonarum accedentes, confiteri debemus, Patrem & filium & ſpiritum ſanctum vnum eſſe naturaliter Deum, nec patrẽ tamen filium, nec filium patrem. Sequitur enim cùm à patre genitus ſit filius, alius profectò eſt pater, alius filius.

Auguſt. de fide ad Petrũ cap. 1

De coæternitate filij cum patre.

Nec tamen antè fuit pater, quàm filius, ſicut hęreticus mentitur: ſunt enim coęternæ ſibi tres perſonæ. Deniq; ſcriptura dicit. Ante me non fuit alter Deus, nec poſt me erit. Hæc verba ſi patris ſunt, dicit, quia poſt ſe non eſt alius

Eſa. 43.

Ambr.

l.1.de fide ad Grati.c.5.circa med. alius Deus: Si verò filij, dicit, quia ante ſe nullus Deus eſt. Itaque nec iſte anteriorem habet, nec ille poſteriorem. Præterea ſi pater fuit antequam haberet filium, tunc acceſſione generationis, pater mutatus eſt, quod blaſphemia eſt. *Aug.li.6.de tri.c.1.* Item cùm filius ſit ſapientia, & virtus patris: ſi aliquando fuit ſine filio pater, fuit & tunc ſine ſapientia, & virtute ſua pater, quod non minùs prophanum quàm ſtolidum ſit dicere.

Conſtat enim patri filium eſſe coæternnum, velut ſplendor, qui ab igne diffunditur, coęuus eſt ei, & eſſet vtique coęternus, ſi ignis eſſet æternus. **Apta ſimilitudo.** Cæterùm, hoc ineffabile, ſicut & ipſa generatio. *Eſa.53.* Vnde Eſaias: Generationem eius quis enarrabit? Diuinam autem non humanam intelligit, quanuis & hæc ex magna parte ſit inenarrabilis. Illa tamen tota

inenarra-

inenarrabilis eſt. Quia & ſi dicitur filius à patre genitus, tamen qualiter, nec Apoſtolus nec Propheta nouit, nec Angelus.

Vtrũ debeat dici, ſemper gignitur, an ſeper genitus eſt filius?

Quæritur autem. Vtrùm debeat dici, filius ſemper naſcitur. De hoc Greg. ita dicit, de Domino Ieſu non poſſumus dicere, ſemper naſcitur, ne imperfectus eſſe videatur. At verò vt æternus deſignari valeat, et perfectus, & (ſemper) dicamus, & (natus) Quatenus (natus) ad perfectionem (ſemper) ad æternitatem pertineat. *l.29. moraliũ c.1.*

Origenes contra dicit ſupradictis.

Origenes verò contradicere videtur his verbis. Saluator noſter ſplendor eſt claritatis, qui non ſemel naſcitur & deſinit, ſed toties oritur, quoties lumen ortum fuerit de quo naſcitur, ſic ergo ſemper Saluator naſcitur. *Super Hieremiam. Homi. li.6. ſuper totũ c.11. Reuerſi ſũt.*

Concordat Origenẽ & Gregoriũ

Nos tãtorũ virorũ in re tãta diſſonãtiã quę videtur, ad cõcordiã reuocantes

reuocantes, putamus vtrunque autorem, ex vſu locutionis aliquid habuiſſe ſuſpectum. Quippe dicentes, lectio ſemper legitur, lectionis imperfectionem ex vſu loquendi oſtendimus, quam Gregorius in vnigenito negans, ait: Non poſſumus dicere ſemper naſcitur. Quod ſe nimirum intellexiſſe oſtendit, per hoc, quod ſubdit: Ne imperfectus eſſe videatur. Similiter dum lecta eſt lectio, dicimus, olim legi eam, nunc autem eam deſijſſe legi, ex modo loquendi ſignificamus. Quod Origenes in natiuitate verbi abhorrens, eius aſſerit perpetuitatem dicens, Saluator ſemper naſcitur: quod manifeſtè aperit, dum (non ſemel naſcitur & deſinit) præmittit. Diuerſo ergo genere loquendi, varios errores excludentes, natiuitatem filij ab æterno perfectam, et ſempiternam eſſe affirmant.

Sed

Obiectio. Sed inquit hæreticus. Omne quod natum eſt, non fuit ſemper, quia ad id natum eſt, vt eſſet. Cui dicimus. Nemo ambigat, hoc ſic ſe habere in humanis. Nimirum ibi nec ſemper fuit, qui pater eſt: nec ſemper pater eſt, qui fuit. Quare nec ſemper genuit. Vbi autem ſemper pater eſt, ſemper filius eſt.

Hilarius l.xij.de tri. habet hanc reſponſionem.

Dilutio.

Quid patri & filio propriũ. Quòd ſi ſemper Deo patri proprium eſt, quòd ſemper pater eſt, ſemper filio proprium eſſe, eſt neceſſe, quòd ſemper natus eſt. Natum igitur confitemur vnigenitum, nec antè eſſe quàm natum, nec antè natum quàm eſſe. Hoc ſanè humanum ſenſum & intelligentiam mundi excedit, neque capit hoc ratio humanæ intelligentiæ, ſed prudētiæ fidelis profeſſio eſt.

Diſt. 10. Nunc de ſpiritu ſancto, ipſo donante diſſeramus. Spiritus ſanctus itaque eſt amor, vel dilectio

Aug. l. 6. de tri. cap. 5.

patris & filij, quo vterque coniungitur, quo genitus à gignente diligitur, genitoremque ſuum diligit, ſuntque non participatione, ſed eſſentia ſua: neque dono ſuperioris alicuius, ſed ſuo proprio, ſeruantes vnitatem Spiritus in vinculo pacis. Non eſt enim tantùm Patris vel Filij, ſed amborum ſpiritus. Et ideo communem qua inuicem diligunt, nobis inſinuant charitatem.

De perſonali proceſſione ſpiritus ſ.

Ad Eph. 4.

Appellatur autem propriè charitas: quippe cùm ipſe ſit, quo Pater & Filius inuicem diligunt, ineffabilem communionem demonſtrat amborum. Quid ergo conuenientius, quàm vt ille propriè dicatur, charitas, qui ſpiritus eſt communis ambobus? Non hoc tamen ſic dicimus, vt Patrem & Filium charitatem eſſe negemus. Sicut enim vnicum Dei verbum propriè

Spiritus ſ. propriè appellatur charitas.

Au. l. 15. de Tri. cap. 16.

Tota trinitas eſt charitas.

priè dicitur ſapientia, cùm ſit communiter, & ſpiritus ſanctus, & pater, ipſa ſapientia, ita Spiritus ſanctus propriè charitas nuncupatur, cùm ſit pater et filius communiter charitas. Verbum autem dictum eſt ſapientia, ore Apoſtoli dicentis. Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam. *1. Cor. 1.* Item ſpiritus ſanctus dicitur charitas in epiſtola Iohannis: *1. Ioh. 4.* inquit enim: Deus charitas eſt, quod de Spiritu ſancto propriè accipi, Auguſtinus manifeſtè probat.

Tertia perſona propriè dicitur ſpirit' ſanctus.

Præterea & ipſe propriè Spiritus ſanctus dicitur. *De Tri. lib. 15. ca. 17.* Licèt enim pater & filius ſint ſpiritus, & vterque ſanctus, non tamen fruſtra, & ipſe propriè dicitur ſpiritus ſanctus. Qui enim eſt communis ambobus, ipſe meritò vocatur propriè, quod ambo communiter.

Diſt. 11. Qui patris & filij ſpirit' eſt, pro-

 cedit

cedit ab vtroque, ſicut teſtimo- *Spiritum ſanctum à patre filióque procedere.*
nijs ſcripturarum probatur. Dicit
Ad Galat.4. enim Apoſtolus. Miſit Deus ſpi-
ritum filij ſui in corda noſtra. Et
Rom.8. alibi. Qui ſpiritum Chriſti nō ha-
bet, hic non eſt eius. Ipſe etiam fi-
Matth. 18. lius de eo ſic teſtatur. Non vos
eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus
patris veſtri qui loquitur in vo-
Iohã. 15. bis. Et alibi: Spiritus qui à patre
procedit. Per hæc & his ſimilia
conſtat, ſpiritum ſanctum à patre
filióque procedere, quod multi
hæretici negauerunt.

Græci autē non fatētur ſpiritū ſanctū à filio procedere, his inducti cauſis ſcilicet. Quia dū Veritas dicit: Spirit⁹ qui à patre procedit, patris tātùm nomē, & nō filij meminit. Item quòd in ſymbolo eorū à patre cōmemoratur ſpiritus ſanctus procedere, nō etiã à filio, quæ inquã in principalib⁹ cōcilijs, ſubiūctis anathematibus ita ſūt ſācita, vt nulli de trinitatis fide, *Quid Græci ſentiant.* *Principalia concilia deter-*

aliud

minarunt de proceſſu ſpiritus ſancti. aliud docere vel prædicare liceat, quàm ibi continetur. Vnde etiam anathematis vinculo reos arguere audent, quos ſpiritum ſanctum à filio procedere confiteri ſciunt.

Confeſſio autoris de proceſſu ſpiritus ſ. Nos autem in æternum hoc confitentes, dicimus vtique Veritatem, Spiritum à patre procedere, confiteri: non tamen ita ab eo procedere confiteri, vt etiam à ſe procedere neget.

Reſpondet 1. obiectioni Græcorũ. Quòd autem tantùm patrem nominat, indè eſt, quia quod ipſius eſt, etiã nõ ſuum eſſe dicere, ſed ad patrem referre conſueuit, vt ibi: Mea doctrina non eſt mea, *Iohã. 7.* ſed eius qui miſit me. Hoc autem dicit non vtique à ſe negãdo, ſed principij autoritatem oſtendendo eſſe in patre.

Reſpõdet 2. obiectioni. Illud autẽ (aliud) quod° dicũt, *° In cõcilijs Græcorum.* per contrarium eſt intelligẽdum, vt ſit ſenſus. Nulli liceat aliud dicere, id eſt, contrarium. Qualiter *Ad Galat. 1.*

 Apoſtolus

Ad Galat. 1. Apoſtolus ad Galatas ponit. Si quis(inquiens)aliud euangelizauerit,hoc eſt, contrarium (ſicut exponit Aug)anathema ſit,non dixit,ſi quis addiderit, alioquin ſibiipſi prȩiudicaret,qui cupiebat venire ad quoſdã,ſuppletur⁹ quæ fidei illorũ deerant.Cæterùm qui ſupplet id quod minùs dictũ,nõ dicit contrariũ ei quod dictũ eſt. Sanè ſciẽdũ, quòd licèt in p̄ſenti articulo à nobis Græci verbo diſcordent, tamen ſenſu non differũt. Confitentur enim ſpiritũ eſſe filij, et ſi non à filio, quia ſcriptũ *Gala. 4.* eſt.Spiritũ Filij.Nos autẽ fideliter idem eſſe credimus, ſpiritum eſſe filij,& ab ipſo procedere.

Quod doctorũ Græcorũ teſtimonio probatur. Inquit enim Athanaſius in ſymbolo.Spiritus ſanctus à patre et filio non factus, nec creatus,nec genitus, ſed procedens.Item dicit Chriſtus. *Ipſorum etiã Græcorũ teſtimonio docetur ſpiritusſ. ab vtroq; procedere.*

Iohã. 16. Non enim loquetur à ſemetipſo,

ipſo, quia de meo accipiet.

Item Cyrillus, Spiritus non eſt alienus à filio: Nominatur enim ſpiritus veritatis, & profluit ab eo, ſicut ex Deo patre. Item Chryſoſtomus, Spirtum ſanctum dicimus patri & filio coæqualẽ, et procedẽtẽ de patre et filio. Græcis itaq; propriorum doctorum teſtimonio correctis, omnis lingua cõfiteatur ſpiritũ ſanctũ à patre filióq; procedere.

In epiſtola Neſterio directa.

In homilia quadam de expoſitione ſymboli.

Diſt.12 **An ſpiritus ſanctus prius vel plenius procedat à patre q̃ à filio?**

Nec tamen prius & poſterius ab alterutro eorum procedere, ſicut delirat hæreticus. In illa enim ſumma trinitate interualla temporum non ſunt, ſine quibus omnino prius & poſterius eſſe non poſſunt. Nec etiam procedit pleniùs ab altero quàm ab altero, quia ſicut à patre, ita & à filio procedit ſpiritus ſanctus. Sicubi autem legitur propriè vel principaliter à patre procedere, eo ſenſu

dicitur, quòd pater non ab alio, ſed à ſemetipſo habet, quòd ſpiritus ſanctus ab eo procedit. Deniq; Hierony. ponit (propriè)
In expoſitione catholicæ fidei. Inquit enim. Credimus in ſpiritum ſanctum verum Deum, qui de patre propriè eſt et procedit. Aug. autem ponit (principaliter)
De Tri. lib. 15. cap. 17. his verbis. Nõ fruſtra in hac Trinitate, non dicitur verbum Dei, niſi filius, nec donum Dei, niſi ſpiritus ſanctus, nec de quò genitum verbum eſt, & de quo procedit principaliter ſpiritus ſanctus, niſi Deus pater. Sed hoc ſic eſſe intelligendum, vt prædiximus, ipſe declarat, dum ſubdit. Ideo addidi (principaliter) quia et de filio ſpirit⁹ ſanctus procedere reperitur, ſed hoc quoque illi pater dedit: patri autem nullus hoc dedit. Ideoque de patre principaliter procedere confitetur.

Iohan. 8. Filius quoq; de patre procedit, ſicut ipſe teſtatur. Ego ex Deo proceſſi

proceſſi,et veni in mūdum. Diſſimiliter tamen à ſpiritu ſancto. Nam ſpiritus ſanctus (vt Augu. ait) à patre procedit, non quomodò natus, ſed quomodò datus vel donum. Filius autem procedit naſcendo & exijt vt genitus. Inter hanc ſanè, & illam proceſſionem (inquit Aug.) diſtinguere neſcio, non valeo, non ſufficio: eſt enim vtraque ineffabilis. Sicut enim propheta de filio loquens, ait. Generationem eius quis enarrabit? Ita de ſpiritu ſancto veriſſimè dicitur. Proceſſionem eius quis enarrabit?

De proceſſus filij à patre & ſpiritus ſancti differentia.

Contra Maximinum.

Eſa.53.

Diſt.13.

Cur ſſ. nō dicatur genitus vel filius.

Denique ſpiritus ſanctus licèt à patre filioq; procedat: tamen nec genitus dicitur amborū, nec filius. Enimuerò nullus duorum filius dicitur, niſi patris et matris. Abſit autem vt inter Deum patrem & Deum filium, aliquid tale ſuſpicemur.

Non autem ſpiritus ſanctus

 inge-

ingenitus dicitur. Vnde Aug. ad Oroſium, ſpiritum ſanctum nec genitum nec ingenitum dici, fides certa declarat. Et ſi enim ſpiritum ſanctum genitum non dicamus, dicere tamen non audemus ingenitũ, ne in hoc vocabulo, vel duos patres in illa trinitate, vel duos qui nõ ſunt de alio, quiſpiam ſuſpicetur. Hierony. tamẽ contradicere videtur. Inquit enim ſpiritus, ſanct⁹ pater nõ eſt, ſed ingenitus atque infectus.

Quæſtio an poſſit ſ. dici ingenitus?

In regulis definitionũ contra hæreticos.

Cæterum vterque eorũ aliter hoc vocabulo ingenitus eſt vſus. Siquidem Aug. dicit ingenitum, quòd de alio non ſit, quod aperit dum dicit, vel duos, qui non ſunt de alio. At Hierony. ingenitum dicit, non natum, quod ex vniuerſali rerũ diuiſione, quam ponit, probatur. Omne (inquit) quod eſt, aut ingenitum eſt, aut factum aut genitum. Idq́ue tractando proſequens, quod dixerat (ingenitum)

Solutio per diſtinctionem.

De tri. l. 15. c. 26.

(ingenitum) non natum exponit, ſubijciens de ſpiritu ſancto exemplum.

Diſt.14 Procedit autem ſpiritus ſanct⁹, et ab æterno cõmuniter à patre et filio: Et ex tẽpore, ab vtroq; item cõmuniter, ad ſanctificãdam creaturam. Quando inquam animis hominum infunditur, ſenſibuſque eorum ſanctificandis illabitur, ſicut ait Apoſtolus. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctum, qui dat⁹ eſt nobis. Quippe ipſe ſpirit⁹ ſanctus, ipſe tertia in trinitate perſona nobis datur, Aug. teſtãte: Eũdẽ enim ſpiritũ ſanctũ (inquit) datũ, cùm inſufflaſſet Ieſus in diſcipulos, de quo mox ait: Ite baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpirit⁹ ſancti, ambigere nõ debemus. Et infrà de eodẽ. Quomodò ergo non eſt Deus, qui dat ſpiritũ ſanctũ? Imò quãt⁹ eſt De⁹, qui dat Deum? Qui cùm ſit inacceſſibilis natura,

De gemino proceſſu ſſ.

Ipſemet ſpiritus ſanctus nobis datur.

Rom. 5.

De tri. l.15.c.26

Io.21.

natura, receptibilis tamē propter bonitatem ſuam nobis eſt, complens virtute ſua omnia: ſed ſolis participatur iuſtis. Et infrà. Angeli ad paucos mittebantur: Spiritus verò ſanctus populis infundebatur. Quis igitur dubitet, quin diuinū ſit quod infunditur ſimul plurib⁹, nec videtur? Aug. quoq; ait. Magna eſt miſericordia eius, qui dat donum æquale ſibi, quia donum eius ſpiritus ſanctus eſt. His ergo & alijs pluribus autoritatibus apertè monſtratur, ipſum ſpiritum ſanctum nobis dari, non ſolùm eius dona, quod quidam Bedæ autoritate ſeducti credere recuſant, Inquit enim, Cùm ſpiritus ſancti gratia dàtur hominib⁹, profectò mittitur, et procedit à patre et filio ſpiritus ſ. quia eius miſſio eſt ipſa proceſſio. Porrò ad hæc dicimus, quia vel nō oportet eum tantis autoritatibus præiudicium inferre, vel quod dicit, aliter

Amb. in li. de ſpiritu ſancto ca. 5.

De verbis Domini ſer. 3.

Homilia dominica poſt aſcen.

Obiectio.

Dilutio.

aliter ſanè intelligitur. Mittitur ergo nobis & datur ſpiritus ſanctus, non ideo tamen minor arbitrandus eſt, quia eum pater & filius mittit. *Aug. de tri. li. 4. cap. vlt.*

An detur ſſ. ab hominibus?

Præterea ſciendum eſt, Spiritum ſanctum ab hominibus non dari, quia cùm eius donatio ſuprà ſit dicta proceſſio, ſi ab hominibus daretur ſpiritus ſanctus, vtiq; creator procederet, vel mitteretur à creatura, quod eſt abſurdũ. Vnde Aug. Non aliquis diſcipulorum Chriſti dedit ſpiritum ſanctum, orabant quippe vt veniret in eos quibus manus imponebãt, non ipſi eum dabant. Quem morem in ſuis prępoſitis etiam nunc ſeruat eccleſia. Et alibi. Nos accipere quidem hoc donum poſſumus pro modulo noſtro, effundere verò ſuper alios, non vtique poſſumus, ſed vt hoc fiat, Deum qui id efficit, ſuper eos inuocam⁹. *De Tri. lib. c. 16.* *Aug ibi.*

Sed huic obijcitur, quod de ſe loquens

Gala. 3. loquens Apoſtolus ait ad Galatas. Qui tribuit ſpiritum & operatur virtutes in vobis. Verùm hoc intelligendum eſt Apoſtolum dixiſſe, non autoritate poteſtatis, ſed miniſterio prædicationis. Siquidē eo pr̨edicāte illis, ſpiritum ſanctum viſibiliter receperant. Nam ab apoſtolo pr̨edicata eſt eis fides, in qua prædicatione ſpiritū ſanctū aduenīſſe ſenſerant. Quippe in nouitate inuitationis ad fidē, etiā ſenſibilibus miraculis pr̨eſentia ſancti ſpirit⁹ apparebat. **Obiectio.** **Solutio.**

Etiā ſpirit⁹ ſanct⁹ ſeipſum dat. Cùm enim donatio ſpiritus ſancti ſit operatio Dei: Cōmuniſq; ſit et indiuiſa triū perſonarū operatio, donatur vtiq; ſpiritus ſ. nō tantum à patre & filio, ſed etiā à ſeipſo. De quo Aug. ait. Ita datur ſpiritus ſanctus ſicut Dei donum, vt etiam ſeipſum det ſicut Deus. Nec etiam dici poteſt nō eſſe ſuæ poteſtatis, de quo dicitur, Spiritus **Diſt. 15.** **Quod ſſ. à ſeipſo detur.** *De Tri. lib. 15. cap. 19.*

vbi

vbi vult ſpirat. Ac per hoc ſpiritũ ſanctum à ſeipſo dari conſtat.

De miſſione filij etiam à ſeipſo.

Hic cõſiderandũ eſt, quòd cùm tres ſint in trinitate perſonę, pater ſol'nuſq; legitur miſſus, ſed filius, et ſpiritus ſanctus. Miſſus eſt autẽ filius à patre, vt Apoſtolus dicit. Miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, vbi ſatìs oſtendit, eo ipſo miſſum filium, quo ex muliere factũ. Et à ſpiritu ſancto miſſus eſt, Eſaia dicente. Spiritus domini ſuper me, propter quod vnxit Dominus me, euangelizare miſit me pauperibus, prædicare captiuis remiſſionem. Et etiam à ſeipſo. Nam Eſaias habet: Filius datus eſt nobis: cùm enim non diffinitum ſit per prophetam à quo datus ſit filius, oſtenditur gratia Trinitatis datus. Vnde etiam ipſe filius ſe dedit, Vt Auguſtinus ait. Cùm vna voluntas ſit Patris & Filij, & inſeparabilis operatio, ergo à patre

Ad Galat. 4.

Eſa. 61.

Eſa. 9.

De Tri. li. 2. c. 6.

à patre & filio miſſus eſt, idem filius non ſeparato ſpiritu ſancto, quia à patre & verbo eius factum eſt, vt mitteretur, hoc eſt, vt incarnatus hominibus appareret.

Iohan.8. Sed ſi hoc eſt: Cur ergo ait, A meipſo nõ veni? hoc autẽ dictum eſt, ſecundum formam ſerui, ſecundum quam non fecit vt mitteretur, id eſt, non eſt operatus incarnationem, ſed ſecundũ formam Dei. **Obiectio. Dilutio.**

Denique de duobus modis mittendi filium Aug. diſtinguit dicens. Non eò ipſo quò de patre natus eſt, miſſus dicitur filius: ſed vel eò, quòd apparuit huic mũdo, verbum caro factum. Vnde dicit, Exiui à patre & veni in mũdum: vel eò, quòd ex tempore, cuiuſq; mente percipitur. Sicut dictum eſt de Sapientia. Emitte illam de cælis ſanctis tuis, et à ſede magnitudinis tuæ, vt mecum ſit, & mecum laboret. **Duobus modis filius mitti dicitur.** *De tri.l. 4.c.20.* *Iohã.16.* *Sapientiæ.9.*

Cæterùm

Declarantur verba Auguſt.

Cæterùm ſecundum primum modũ ſemel, et in hũc mundum, & vt homo eſſet, miſſus eſt. At ſecundum aliũ, ſ̧pe: et nõ in hũc mundum, nec vt homo ſit, ſed vt cum homine ſit, mittitur. Quod Aug. aperit dicens. Aliter mittitur vt ſit cũ homine, aliter miſſa eſt ſapiẽtia patris, vt ſit homo. In animas enim ſanctas ſe transfert, et amicos Dei conſtituit. Sed cùm venit plenitudo tẽporis miſſa eſt, non vt eſſet cum hominibus, vt antea erat cũ patribus & prophetis, ſed vt ipſum verbũ fieret caro, hoc eſt, homo.

De Tri. lib. 4. cap. 20.

Diſt. 16

Fili⁹ quatenus eſt homo, patre & ſſ et ſeipſo eſt minor.

Deniq; ſecundum quod factus eſt homo, filius minor eſt patre. Ipſe enim dicit. Pater maior me eſt. Quod propter formam ſerui veritas dicit, ſecũdũ quam etiam minor ſpiritu ſancto, et ſeipſo dicitur. Vnde Aug. Non ſic accepit formã ſerui, vt amitteret formam Dei, in qua erat æqualis patri.

Iohã. 14

De Tri. li. 2. c. 1.

F In forma

In forma ergo Dei, vnigenit' patris ęqualis eſt patri: in forma verò ſerui, etiam ſe minor eſt, id eſt, Dei fili' ęq̃lis eſt patri, ſecũdũ formá in qua eſt: ſecũdũ formã verò, quã accepit, non modò patre, ſed & ſpiritu ſancto, imò etiã ſe minor inuẽtus eſt. Nec hoc tantùm, ſed etiam ab angelis paulominus minoratus eſt.

Lib.9. de Trin. Hilarius autem ſecũdum etiam formam Dei, propter generationis autoritatem, patrem eſſe maiorem filio, nec tamen filium minorem patre, dicere videtur his verbis. Maior eſt vtiq; pater filio, autoritate donantis, cui tantùm donat eſſe, quantus eſt ipſe: cui innaſcibilitatis eſſe imaginem, ſacramento natiuitatis impartit, quem ex ſe in forma ſua generat. Maior itaque donans eſt, ſed minor iam nõ eſt, *Iobã.10.* cui vnum eſſe donatur: Ait enim, Ego & pater vnum ſumus. Vide

Quòd pater maior ſit filio, nec tamẽ filius minor patre.

lector

lector ſanè Hilarij verba, quæ vbicunq; occurrerint, diligenter nota, pieque intellige.

Duobus modis mittitur ſpūs ſſ. viſibiliter & inuiſibiliter.

Aug. de Tri. li. 2. cap. 2.

Spiritus quoque ſanctus viſibiliter & inuiſibiliter legitur miſſus. Viſibiliter enim miſſus eſt, quando facta eſt quædã creaturæ ſpecies ex tempore, in qua viſibiliter oſtenderetur ſpiritus ſanctus: Siue cùm in dominũ ipſum corporali ſpecie colũbæ deſcendit: Siue cùm in die Pentecoſtes, factus eſt ſubitò de cęlo ſonus, quaſi ferretur flatus vehemens, & viſæ ſunt illis linguæ diuiſæ ſicut ignis, qui & inſedit ſuper vnumquemque illorũ. Hæc operatio viſibiliter expreſſa & oculis oblata, mortalibus miſſio ſpiritus ſancti, dicta eſt viſibilis.

Quare, cũ filius ex humana forma qua apparuit, minor patre dicatur.

Sed queritur, Si filius inquãtum eſt miſſus, factus minor eſt patre, cur ergo ſpiritus ſanctus non dicitur minor patre, cùm & ipſe creaturam aſſumpſit, in qua & apparuit?

apparuit? Quia aliter aſſumpſit ſpiritus creaturã, in qua apparuit, aliter filius: Nam filius accepit per vnionem, ſpiritus verò non. Nec enim illã columbã vel illum flatũ, vel illũ ignẽ ſpiritus ſanctus beatificauit, ſibiq́; in vnitatẽ perſonæ coniunxit in ęternum, ſicut aſſumptus eſt filius hominis: in qua forma, ipſius Dei verbi perſona præſentaretur, non vt eſſet verbum in carne, hoc eſt, in homine, ſed vt eſſet verbũ caro, id eſt, homo. Caro enim poſita eſt pro homine in eo quod ait. Verbum caro factum eſt. Ideoq́; nuſquam ſcriptum, quòd Deus pater maior ſit ſpiritu ſancto, & ſpiritus ſanctus minor patre.

Nõ etiam ſpiritus ſ. minor dicitur.

Iohan. 1.

Qualiter ſpiritus ſanctus inuiſibiliter mittatur, dicẽdum eſt. Vt autem id intelligibiliùs tradatur, quòd ſpiritus ſanctus fraterna dilectio ſit, præmittamus. Etenim ſic eſſe Aug. ita docet.

Diſt. 17. De inuiſibili ſ. miſsione.

Nemo

Hic Bādinus & Lō: bard[illegible] nō te[illegible]tur cu[illegible] docēt [illegible] eſſe cha[illegible]ritatē q[illegible] diligimus Deum & proximū.

Nemo dicat quid diligam, non noui, diligat fratrem, & diligat eādem dilectionem: magìs enim nouit dilectionem qua diligit, quàm fratrem quem diligit. Ecce iam poteſt notiorē habere Deū quàm fratrem: planè notiorem, quia præſentiorem, quia interiorem, quia certiorem. Idipſum quoque apertiùs probat Aug. exemplo Iohannis. Ait enim Iohannes. Diligamus nos inuicem, *1. Io. 4.* quia dilectio ex Deo eſt: qui non diligit, nō cognouit Deum, quia Deus dilectio eſt. Iſta cóntextio ſatìs declarat apertè eandem ipſam fraternam dilectionem, qua diligimus inuicem, non ſolùm ex Deo, ſed etiam Deum eſſe. Cùm ergo de dilectione diligimus fratrem, de Deo diligimus fratrem. Eſt ergo fraterna dilectio, Deus.

Cæterùm ne hoc putes per cauſam eſſe dictum, velut Deus

Pſal.70. patientia mea. Inquit Auguſti- Spiritum ſ. ſimpliciter dici charitatem.
De tri. l.15.c.17. nus. Dictum eſt Deo, tu patientia mea, nõ vtique ideo quòd Dei ſubſtantia, ſit noſtra patientia, ſed quia ab ipſo nobis eſt. Vnde: Ab ipſo eſt patientia noſtra. Non
Pſal.61. autem ſic dicturi ſumus charitatem, dictam eſſe Deum. Nec enim dicitur. Deus charitas mea, aut tu es charitas mea, ſicut dicitur, Deus ſpes mea, tu patientia mea. Sed ita dictum eſt, Deus charitas eſt: ſicut dicitur, Deus ſpiritus eſt.

Cùm autem fraterna dilectio ſit Deus, nec pater nec filius, ſed tantùm ſpiritus ſanctus, qui propriè dilectio vel charitas dicitur. Quippe ſi in donis Dei, nihil charitate maius eſt, & nullum eſt maius donum Dei, quàm ſpiritus ſanctus, quid conſequentius eſt, quàm vt ipſe ſit charitas, quæ Deus eſt & ex Deo, vt prætactum eſt. Hoc qui non diſcernit Charitatẽ propriè Deum ſſ. dici, non patrem nec filiũ.

diſcernit, intellectum à Domino, non expoſitionẽ quærat à nobis. Non enim apertiùs quicquam dicere poſſumus.

Quomodo ſpirit' ſanctus mittatur, vt detur nobis Deus.

Tunc ergo mitti & dari dicitur ſpiritus ſanctus, cùm ita in nobis eſt, vt faciat nos diligere Deum & proximum, per quod manemus in Deo, & Deus in nobis. Vnde Auguſtinus, Deus ſpiritus ſanctus qui procedit ex Deo, cùm datus fuerit homini, accendit eum ad diligendum Deum & proximum. Eſt enim ipſe dilectio, per quam infunditur in cordibus noſtris Deus charitas, per quam nos tota inhabitat trinitas. Quò circa rectiſſimè ſpiritus ſanctus cùm ſit Deus, vocatur etiam donum Dei, quod donum propriè, quid niſi charitas intelligendum eſt?

De tri. l. 15. c. 17.

Hic bãdinus cõmuniter ſicut nec magiſter.

His autẽ quæ dicimus ſic opponitur. Charitas non habẽti datũr.

 Si ergo

Si ergo ſpiritus ſanctus charitas eſt, etiã nõ habẽti datur. Sed quomodò datur nõ habenti, cũ ipſe, vt Deus, ſit vbique? Sanè vbique eſt, & in omni creatura totus. Sunt tamen multi qui eum non habent: non enim omnes ſpiritum ſanctum habent, in quibus eſt ipſe. Alioquin etiam & bruta ſpiritum ſanctum haberẽt, quod fidei pietas non admittit.

Dilucid.

Item charitas augetur & minuitur, & ita mutabilis eſt, quod abſurdè dicitur. Cui reſpondentes dicimus, hoc non ſimpliciter concedi debere, ſed cum hac adiectione, ſcilicet nobis, vel in nobis, in quibus vtique augetur vel minuitur charitas, vel ſpiritus ſanctus, velut Deus in nobis, nõ vtique in ſe exaltari poteſt. Vnde accedet homo ad cor altum & exaltabitur Deus.

Augeaturne et minuatur charitas?

Pſal. 63.

¶ Vbi dicit Caſſiodorus, quòd Deus non in ſe, ſed in corde hominis

minis grandeſcit. Porrò vt veriùs dicamus, non in nobis charitas, ſed nos augemur in ea. Vnde Auguſt. Probet ſe vnuſquiſque quantum in illo perfecerit charitas, vel potiùs quantum ipſe in charitate profecerit. Nam ſi charitas Deus eſt, nec proficit, nec deficit.

In homilia 9. ſuper epiſtolã Iohan.

An fraterna charitas ſit Deus?

Sanè quidam concedentes, quòd Deus charitas eſt, fraternam charitatem Deum eſſe negant: ſcripturis patrum abutentes, quibus aliam eſſe charitatem, qua Deus nos diligit, & aliam qua nos diligimus eum, delirant. Inquiunt enim: habet Auguſtinus. Charitas Dei dicta eſt diffundi in cordibus noſtris, non qua nos ipſe diligit, ſed qua nos facit dilectores ſuos: Sicut domini ſalus dicitur, qua ſaluat: & fides Chriſti, qua nos fideles facit. Quibus dicendum eſt, Auguſtinum non ſenſiſſe his

D. Aug de ſpiritu & litera cap. 32.

verbis aliam atque aliam Dei charitatem eſſe, cùm vna ſit, eademq́ue diuerſas rationes, quibus in ſcriptura Dei charitas appellatur, ſignificaſſe. Dicitur enim Dei charitas, vel quia ea Deus nos diligat, vel quia nos ea ſui dilectores facit. Eſt ergo prædictorum verborum ſenſus. Charitas ibi, hoc eſt, in Apoſtolo dicta eſt charitas Dei. Non ſecundum quod Deus nos ea diligat, ſed ſecundum quod nos ea ſui dilectores faciat. Vt autem ex tali ſenſu hoc dici poſſet, per ſimile locutionis genus oſtendit, vt domini ſalus, qua nos ſaluat etc.

Ad Ro. 5.

Item, inquiunt, habet Auguſtinus alibi. Quum Iohannes cõmemoraſſet Dei dilectionem, non qua nos eum, ſed qua ipſe (inquit) dilexit nos. Volẽtes per hoc aliam atque aliam aſſerere dilectionem. Nos autem etiam

Li. 13. de tri. c. 17.

An ſit alia atque alia charitas.

hæc ad

hæc ad ſuperiorem redigentes ſenſum, ſic ea intelligenda eſſe dicimus: Quaſi commemorauit dilectionem Dei Iohannes, non ſecũdum quod ea nos diligimus Deum, ſed ſecundum quod ipſe diligit nos.

Ratione probatur ſſ. nõ eſſe charitatẽ.

Item fortiùs vrgentes dicunt. Vnde eſt dilectio, niſi & vnde ipſa fides, id eſt à ſpiritu ſancto? Si verò ab ipſo charitas eſt, & ipſe ea eſt, ergo & ſpiritus ſanctus à ſeipſo eſt. Nos autem fatemur ſpiritum ſanctum à ſeipſo eſſe, non ſimpliciter, quia tunc videtur dici ſine principio eſſe. Sed adijciendum eſt (nobis) quibus ſcilicet ſeipſum dat ſpiritus ſanctus. Quo ſenſu etiam verum eſt, quòd charitas à ſpiritu ſancto eſt.

Solutio.

Idem aliter ꝓbãt.

Prętereà veritati adhuc cõtradicẽtes, dicũt. Si ſpiritus ſanct' charitas eſt, ergo ipſe motus animi et affectio

De doct. Chri. lib. 3. ca. 10. affectio eſt, cùm charitas hæc ſit. Inquit enim Aug. Charitatē voco motum animi, ad fruendum Deo & ſe ac proximo, propter ipſum Deum. Item vbi dicitur.
Rom. 8. Nihil poterit nos ſeparare à charitate Dei. *Aug. li. 1. de moribus eccleſiæ cap. 11.* Charitas Dei (inquit) hîc dicta eſt virtus quę animi noſtri rectiſſima affectio eſt. **Solutio.** Ad quod dicimus, Hoc dici non proprietate eſſentiæ, ſed ratione efficientiæ. Sicut enim dicitur. Deus ſpes noſtra & patientia, non quia ea ſit, ſed facit. Ita & charitas dicitur eſſe motus ſiue affectio animi, quia per eam mouetur, & afficitur animus ad diligendũ Deũ. Quamobrem frigida, ieiunaque calumnia inimicorum veri repulſa, liberè confitemur Charitatem ſpiritum ſanctum eſſe. Iraſcantur ipſi quòd Deus eſt & Dei donũ, per quod multa dona ſingulis quibuſque propria diuiduntur.

Qui

Diſt.18. A[illegible]dē rat[illegible]e ſſ. dic[illegible] don[illegible] & datu[illegible]

Qui etiam donum vel donatum dicitur diuerſa ratione. Donum enim dicitur eò quòd procedit: Donatum autem eò quòd datum ſit. Vnde Auguſt. Spiritus ſanctus donum eſt patris & filij, quia ab vtroq; procedit. Semper procedit ſpiritus ſanctus & non ex tempore. Sed quia ſic procedebat, vt eſſet donabile, iam donum erat antequam eſſet cui daretur. Aliter enim intelligitur donum, aliter donatũ. Nam donum poteſt eſſe etiam antequam detur. Donatũ verò, niſi datum fuerit, nullo modo poteſt dici. Sempiternè ergo ſpiritus eſt donum, tēporaliter verò donatum. *De Tri. li.5.c.15.*

Aliter donũ, aliter donatum dicitur ſſ.

Quatenus donũ, et quatenus donatum ſſ. & quò referatur.

Proinde ſecundum quod donũ eſt ſpiritus ſanctus, ad patrem refertur & filium. Secundum verò quod donatum eſt vel datum, & ad eum qui dedit, refertur, & ad eos quibus datur. Vnde Aug. Quod datum eſt, & ad eum qui dedit *De Tri. li.5.c.14.*

dedit,refertur, & ad eos quibus dedit:Ita ſpiritus ſanctus nō tantum patris & filij qui dederunt, ſed etiam noſter, qui accepimus, dicitur. Sicut ſcriptum eſt de Iohanne, quòd in ſpiritu venerit Heliæ. Moyſi quoq; Dominus ait. Tollam de ſpiritu tuo, & dabo illis. De ſpiritu ſancto loquens, quem iam dederat ei.

Quomodo ſ. ſ. ſit noſter.

Lucæ 1.

Num. 11.

Sed quæritur, Vtrùm filius cùm ſit nobis datus, filius poſſit dici noſter? Cui dicimus, quòd filius noſter Deus, noſter redemptor, & huiuſmodi, non autem noſter filius dicitur. Quippe cùm filius relatiuè tantùm ad illum qui genuit dicatur, patris tantùm, non noſter filius dicitur. Sed nec ſpiritus ſanctus, noſter ſpiritus ſanctus dicitur, vel noſtrum donum. Cùm vtrumque ſempiterna relatione, tantū dicitur ad patrem & filium. Indè eſt quòd nuſq̄ in ſcriptura occurrit ita dici,

Quomodo filius dicatur noſter?

An ſ. ſ. dicatur noſtrum donum.

ita dici, ſpiritus ſanctus noſter, vel tuus, vel illius. Hinc enim Aug. ait. Quod de patre natū eſt, ad patrē ſolū refertur, cū dicitur filius. Ideoque filius patris eſt, & nō noſter. Dicim⁹ tamē panē noſtrū da nobis, ſicut ſpiritū noſtrū. Eſt enim filius, noſter panis, quia & nos reficit. Spiritus verò ſanctus, noſter ſpiritus, quia à patre & filio inſpiratur, & in nobis ſpirat, ſicut vult. *De Tri. li. 5. c. 14*

Filij & ſſ. collatio. Poſtremò ſciendum eſt, quòd ſicut filius naſcēdo habet, vt omnino ſit, ita & ſpirit⁹ procedēdo. Vnde Aug. Filius non hoc tantùm habet naſcendo, vt ſit filius, ſed vt omnino ſit. Sicut autē filio pręſtat eſſentiam de patre generatio, ita ſpiritui ſancto de vtroq; proceſſio. Non autem hoc dicimus, quòd filius natiuitate ſit eſſentia, vt ſpiritus ſanctus proceſſione: cùm alibi dicatur, quòd nec pater eo pater eſt, quo Deus: *De Tri. li. 5. c. 15* *15. de tri. cap. 26.*

nec

nec filius eo filius, quo Deus: nec ſpiritus ſanctus eo donum, quo Deus.

Aug. li. 7. de tri. cap. 2. His quippe nominibus eorum relatiua oſtenduntur, non eſſentia. Sed quia ſicut filius naſcendo, omnia quo ſempiternè eſt, accepit à patre, ita et ſpiritus ſanctus, procedendo accepit ab vtroque. Diſt. 19 De æqualitate triũ perſonarum.

Poſt coæternitatis trium perſonarum tractatum, de earũdem æqualitate dicere ſupereſt. Fides enim catholica, ſicut coæternas, ita & coæquales tres aſſerit perſonas. *De fide ad Petr. cap. 1.* Quæ æqualitas, in quo notanda ſit, docet Auguſtinus dicens. Nullus horum alium aut præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut ſuperat poteſtate. Quæ tria, licèt quaſi diuerſa enumerentur, idem ſunt tamen in Deo, eſſentia ſcilicet diuina. Vnde Aug. *De tri. li. 7. c. 1.* Non alio magnus, alio Deus eſt. Eadem quippe eius magnitudo eſt, quæ & eſſentia.

Item

Item, Voluntas & potentia Dei, ipſe Deus eſt. Item æternitas Dei, ipſa eius ſubſtantia eſt, nihil mutabile habens. In his ergo tribus verbis, triũ æqualitatẽ perſonarũ breuiter complexus eſt Auguſt. *Li.7.cõfeſſ.c.4. ſuper pſal.101.*

Quòd vna perſona non ſit maior alia.

Sicut autem æternitate nulla trium perſonarum aliam præcedit (vt dictum eſt) ita nec magnitudine alia excedit aliam, de quo dicendum eſt. Pater enim non eſt maior filio, nec maior ſpiritu ſancto. Nec maius aliquid duæ vel tres perſonæ ſimul quàm vna: nec maior eſſentia eſt in duabus aut tribus, quàm in vna, quia tota eſt in ſingulis. Vnde Iohannes Damaſcenus. Confitemur deitatis naturam omnem perfectè eſſe in vnaquaque ſuarum ὑποστάσεων hypoſtaſeon, hoc eſt, perſonarum. Ideoq; perfectus Deus pater, perfectus Deus filius, perfectus Deus ſpiritus ſanctus. Vnde Auguſtinus. Propter naturalem *Li.3.de orthodoxa fide ca.6.* *De fide ad Petr. ca.1.*

 vnitatem.

De fide ad Pet. cap.1. vnitatem, totus pater in filio,& ſpiritu ſancto eſt: totus quoque ſpiritus ſanctus in vtroque eſt. Indè eſt etiam,quòd pater dicitur eſſe in filio, & filius in patre,& ſpiritus ſanctus in vtroq;. Hoc autem manifeſtiùs inſinuat Hilarius dicens. *De tri. lib.3.* Affert pleriſque obſcuritatem ſermo domini cùm dicit. *Io.14.* Ego in patre, & pater in me eſt. Sanè intelligendum eſt, patrem in filio, & filium in patre eſſe,plenitudo in vtroque diuinitatis perfecta eſt. Omnia enim filius accepit à patre.Nã ſi patrem eiuſdem qui genuit accepit, neuter perfectus eſt, deeſſet enĩ ei vnde diſceſſit. Nec plenitudo in eo erit qui ex portione conſtiterit. Quod cùm ſit abſurdũ,confiteamur eandem in vtroq;,et virtutis ſimilitudinẽ,et Deitatis plenitudinẽ. Quia veritas dicit, *Io.14.* Ego in patre,& pater in me eſt. Ex hoc ergo ſenſu intelligitur

telligitur ſpiritus ſanctus eſſe in vtroque, & ſingula perſonarum in ſingulis, quia eadem plenitudo diuinitatis, & ſimilitudo naturæ in ſingulis comprobatur eſſe perſonis.

Diſt 20

Quod vna perſona aliã nõ ſuperat potentia.

Similiter pater non eſt potentior filio, vel ſpiritu ſancto: nec duo aut tres ſimul, quàm ſinguli eorum. Quòd autem pater non ſit potẽtior filio, ita probat Aug. contra Maximinum, qui patrem dicebat filio potentiorem. Omnia (inquit filius) quæ habet pater, mea ſunt. Atque omnipotentiam habet pater: Ea igitur filij eſt, æqualis ergo eſt patri filius. Quod ſi negatur, ſic probat Augustinus contra eundem, qui patre minorem filium falſò dicebat. Tu (inquit.) dicis, quòd pater genuit filium minorem ſeipſo, in quo & patri derogas. Qui ſi filium vnicum minorem genuit, aut non potuit, aut

l.3.c.12.

Io.16.

l.3.c.7. contra Maximinum.

non voluit gignere æqualem. Si autem dicis, quia non potuit, infirmus: ſi noluit, inuidus inuenitur: quod vtrunq; nemo dicere audeat: ergo patri filius verè æqualis eſt: Nec ad rem pertinet, ſi fortè dicas potẽtiorem & maiorem eſſe filio: quia ipſe de nullo potẽtiam accepit, vel genitus eſt: filius verò à patre habet vtrunq;: originis enim quæſtio eſt, quis de quo ſit: Æqualitatis autem, qualis aut quantus ſit. Non ergo ſecundum hoc, quòd pater genuit, & filius genitus eſt, & ſpiritus ſanctus ab vtroque procedit, æqualitas vel inequalitas ibi exiſtit: ſed ordo naturæ demonſtratur. Denique breue compendium in ſupradictorum firmamentum ſubiungamus: Nihil aliud ibi eſt magnitudo vel potentia, quàm veritas. Si igitur nullus eſt ibi verior alio: nec maior, nec potẽtior etiam, perſpicua ratione

tione exiſtit.

Diſt.22 De nominũ differentia, quibus de Deo loquimur.

Nunc de nominib⁹, quibus de Deo loquimur, ſubijciamus. Eorũ itaq; alia ſempiternè Deo conueniũt, alia ex tempore. Quæ autẽ ſempiternè, alia proprietatem deitatis exprimunt, & perſonalia dici poſſũnt, vt generatio, fili⁹, verbum. Alia ſunt quæ vnitatem diuinæ maieſtatis oſtendunt, vt ſapientia, virtus, veritas, & huiuſmodi. Sunt et alia quæ tranſlatiuè per ſimilitudinem de Deo dicuntur, vt ſplendor, ſpeculum, et huiuſmodi. Cęterũm quę temporaliter de Deo dicũtur, alia relatiuè, & de omnibus dicuntur perſonis, vt dominus, & creator: quædam ſunt quæ non de omnibus, vt donatus, dat⁹, miſſus. Alia ex tempore dicuntur, non relatiuè, nec de omnib⁹, vt incarnatus, humanatus & ſimilia. Eſt prætera quoddã ſpeciale rationis nomen, nec perſonale, nec eſſentiale,

ſed quaſi collectiuũ omniũ perſonarũ, quod de nulla per ſe dicitur, ſed de omnibus ſimul, vt Trinitas.

Quot modis nomina de Deo dicantur.

· Cùm autẽ tot prędictorũ nominũ differentiæ ſint, tenendum eſt, quòd ea omnia quę vnitatem eſſentię ſignificãt, ad ſe & ſubſtãtialiter dicũtur, & de ſingulis ſigillatim perſonis, & ſingulariter nõ pluraliter in ſũma accipiũtur. Vnde Aug. Quicquid ad ſeipſum dicitur Deus, de ſingulis perſonis dicitur ſimiliter, & ſimul de ipſa trinitate, non pluraliter ſed ſingulariter. Velut pater eſt Deus, filius eſt Deus, ſpiritus ſanctus eſt Deus, non tamen hanc trinitatem tres Deos eſſe, ſed vnum dicimus. Quod de ſimilibus nominibus, & eis quoque quæ ex tempore, & relatiuè de omnibus dicũtur pſonis, dici poterit. Quæ verò ad ſingulas pſonas propriè pertinent, relatiuè aliquãdo, nunq̃

De Tri. li. 5. c. 6. & 8.

autem

autem ſubſtantialiter dicuntur. Vnde quòd propriè ſingula in trinitate perſona dicitur, nullo modo ad ſeipſam, ſed ad aliam inuicem vel ad creaturã dicitur. Ideoque relatiuè non ſubſtantialiter dici manifeſtum eſt, vt pater & filius & ſpiritus ſanctus.

Eodẽ li. 5. de tri. cap. 11.

Diſt. 23. De ſubſtãtialib' nominibus diuinis in ſpeciali.

Hoc quoque nomen, quod eſt perſona, ad ſe & ſecundum ſubſtantiã dicitur. Vnde dicit Aug. Non eſt aliud Deum eſſe, aliud perſonam eſſe, ſed omnino idem. Item pater ad ſe dicitur perſona, non ad filium, vel ſpiritum ſanctum, ſicut ad ſe dicitur Deus, & magnus & bonus. Et quemadmodum hoc illi eſt eſſe, quod Deum eſſe, quod magnum, quod bonum: ita hoc eſt illi eſſe, quod perſonam eſſe. Si autem ita eſt, cur hęc tria, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, dicimus tres perſonas, nõ vnã perſonã, cùm nõ tres Deos, ſed vnũ dicamus? Inqt Aug.

De Tri. li. 7. c. 6.

Vbi ſuprà.

Quia volumus (inquit) vel vnũ aliquod vocabulum ſeruare huic ſignificationi, qua intelligitur trinitas, ne omnino taceamus interrogati, quid tres eſſent? Etenim fatemur tres eſſe, cùm ſcriptum ſit. Tres ſunt qui teſtimoniũ dant in cælo. Sanè cùm quæritur quid tres? Magna prorſus inopia humanum laborat eloquium. Nec enim occurrit aliquod nomen quo propriè complectamur hæc tria. Ideóque pia fides, hoc de cæteris aſſumptum vocabulum huic articulo deputauit, per quod ſatisfaceret, quod in ſecretario mentis de Deo tenet. Et per qualemcunque intelligentiam (dummodo piam) quid tres, poſcenti, vtcũque proferret. Dicitur quippe, quòd tres perſonæ, non vt quod quæritur, illud dicatur, ſed ne omnino taceatur. Quia ſupereminentia diuinitatis, vſitati eloquij facultatẽ excedit.

1. Io. 5.

Aug. l. 5. de tri. cap. 9.

Veriùs

Veriùs enim De⁹cogitatur quàm dicitur, veriúſque eſt quàm cogitetur. Prædicta igitur neceſsitate, hoc nomē à prædicta regula nominum excipitur, quæ ſecūdum ſubſtantiam de Deo dicuntur. Quia cùm hoc ad ſe dicatur & ſubſtātialiter, nō ſingulariter ſed pluraliter in ſūma accipitur. Tres enim, nō vnam, ſed tres perſonas eſſe cōfitemur. Græci quoq; eadē penuria loquendi artati, tres hypoſtaſes dicūt, et vnā ουσίαν, id eſt, tres ſubſtātias & vnam eſſentiā. Nihilque moueat, quòd illi tres ſubſtantias, nos autem vnam dicimus tantùm, cùm ſecundum linguæ ſuæ vernaculū, aliter quā nos, ſubſtantiæ vocabulum intelligant.

In trinitate non eſt multiplicitas vel ſingularitas.

Licèt autem tres perſonæ ſint (vt dictum eſt) nulla tamen penitus diuerſitas vel ſingularitas ibi eſt, ſed vnitas & trinitas. Vnde Aug. Humana inopia quę- *De Tri. li. 7. c. 4.*

rens, quid diceret tria? dixit tres perſonas vel ſubſtantias. Quibus nominibus non diuerſitatem intelligi voluit, ſed ſingularitatem noluit, vt non ſolùm ibi vnitas intelligatur, ex eo quòd dicitur eſſentia vna, ſed Trinitas ex eo, quòd dicuntur tres perſonę. Item Ambroſ. Non eſt diuerſa nec ſingularis æqualitas, nec iuxta Arrianos patrem filiumq; ſecernens, nec iuxta Sabellianos, patrem filiumque confundens. Pater enim & filius diſtinctionem habent, ſeparationem non habent. Vnde ſi alicubi occurrerit, quòd tres ſint diuerſæ perſonæ, ibi diuerſæ, hoc eſt, diſtinctæ, intelligendum eſt. Similiter nec triplicitas, nec multiplicitas in Deo eſt. Et ideo non eſt dicendus triplex vel multiplex, ſed trinus et ſimplex. Hinc Auguſtinus. Non quoniam Deus trinitas eſt, ideo triplex putandus eſt. Et Ambroſius. Nec confuſum

Li. 2. de fide c. 2.

De Tri. li. 1. c. 2.

Li. 1. de

ſuſum quod vnum eſt:nec multiplex eſſe poteſt, quod indifferes eſt. Multiplex itaq; Deus non eſt,ſed ſimplex & vnus: cui⁹ nulla trium perſonarũ pars eſt, quia ſingula earum, verus & perfectus Deus eſt. Vnde Auguſtinus. In Trinitate pater Deus eſt, & filius Deus eſt, & ſpiritus ſanctus Deus eſt,et ſimul hi tres vnus Deus,nec maius aliquid ſunt omnes quàm ſinguli,quia ſpiritualis nõ corporalis eſt magnitudo. Qui poteſt capere,capiat: qui verò non poteſt, credat & oret, vt quod credit,intelligat. Verum enim eſt quod per prophetã dicitur,Niſi credideritis, non intelligetis.

fide,c.2.

Mat.19.

Eſaia 7.

Quomodo tres perſonæ dicantur vnus De⁹ vel vnius eſſentiæ.

Eſt præterea ſciendum, tres perſonas eſſe vnum Deum, vel eiuſdem eſſentiæ, non ſecundum materialem cauſam, vt tres ſtatuę vnum aurum: vel ſecundum complexionalem ſimilitudinem, vt tres homines dicuntur eſſe

eiuſdem

eſſe eiuſdem naturæ. In ſtatuis enim, plus auri eſt tres ſimul, quàm ſingulæ. In tribus autem perſonis non maior eſſentia eſt, quàm in ſingula. Item in tribus hominibus nō ſolū eſt vn'homo, ſed duo & tres homines, cùm in trinitate tantùm ſit vnus Deus. Denique nec ſecundum prædicamētalem rationem, ita ſcilicet, vt eſſentia intelligatur genus: & tres perſonæ, ſpecies: vel vt vna eſſentia, ſpecies: & tres perſonæ, indiuidua putentur. Quippe, ſi ſecundum genus, & ſpecies, & indiuiduum iſta diſſerimus, ita tres eſſentiæ ſicut tres perſonæ dicentur, velut Abraham: Iſaac et Iacob, ſunt tria indiuidua, ita quoq; tres homines & tria animalia dicuntur. Cæterùm huic illud Iohannis Damaſceni contraire videtur, Subſtantia (inquit) ſignificat communem ſpeciem, & contentiuā ὁμοειδῶν ὑποστάσεων.

Li.3.de fide orth. c.2. Vide M.diſt. 19.

Homoidon

Homoidon Hypoſtaſeō,hoc eſt, ſimilium ſpecie perſonarum, vtputa, Deus, homo. Hypoſtaſis autem indiuiduum demonſtrat, ſcilicet patrem, filium, ſpiritum ſanctum,Petrum, Paulum & huiuſmodi. Sanè intelligendus eſt Iohannes hoc dixiſſe,non ſecundum exiſtentiam proprietatis, ſed propter ſimilitudinē prædicationis. Sicut enim cōmune eſt, quod de pluribus dicitur:indiuiduū autē,quod de vno ſolo:ſic et eſſentia diuina, de omnibus perſonis dicitur. Quælibet verò earum, non de alia, ſed de ſeipſa tantùm enunciatur.

Quomodo perſonæ differāt numero.

Adiecit etiam idem Iohannes quiddam,ſilentio nō prætereundum. Inquit enim, numero non natura differre dicuntur Hypoſtaſes. Quod vt ſanè intelligas, nota, Alium eſſe numerum quo numeratur, accidentalem (ſcilicet) proprietatem. Alium qui

numeratur

numeratur , ipſa .ſ. numerabilia. Hypoſtaſes ergo in numero differunt,hoc eſt,ab inuicem diſtinctæ ſunt numerabiliter, id eſt,ita vt computare ſic poſſis.Pater eſt vnus.Pater & filius duo.Pater & filius & ſpiritus ſanctus ſunt tres: non autem differunt numero,accidẽtali ſcilicet proprietate,quaſi alia vnitas ſit in vna perſona, quàm in alia, cùm eadem vnitas ſit in omnibus ineffabiliter,ſcilicet diuina eſſentia.

Hìc ergo ſciendum eſt, ſanctorum autoritates diligenter inſpicientibus patère, numeraliũ dictionum vſum, velut vnus, duo, tres, & huiuſmodi, introductum eſſe, non ratione aliqua ponendi: ſed magìs remouendi à ſimplicitate deitatis, quæ ibi non ſunt. Diſt 24 Quid ſignificetur per nomẽ numerale in diuinis

Cùm enim dicitur vnus Deus, multitudo deorum per vnum excludi-

Quid per vnũ ſignificetur cũ de Deo loquimur

excluditur, non numeri quantitas in diuinitate ponitur, quaſi dicatur, Deus eſt, nec multi Dij ſunt. Vnde Ambroſius, Cùm vnum tantùm dicimus Deum, vnitas excludit numerum Deorum, nec quantitatem in Deo ponit, quia nec quantitas, nec numerus ibi eſt. Similiter cùm dicitur, vnus eſt pater, vnus eſt filius, ratio dicti hæc eſt, ita ſcilicet eſſe patrem & filium, quòd non multi patres vel filij. Ita de ſimilibus.

l.1.de fide.c.2.et 3.de ſſ.c.14.

Quid per (plures)

Item cùm dicimus plures eſſe perſonas, ſingularitatem atque ſolitudinem excludimus, non diuerſitatem vel multiplicitatem ibi ponimus: Quaſi dicamus, ſine ſolitudine, ac diuerſitate, vel ſingularitate perſonas confitemur. Vnde Hilarius. Dixit Deus, Faciamus hominẽ ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtram.

l.4.de tri.circa Geneſ.1. mediũ.

Quæro nunc

Quæro nũc, an ſolum Deum ſibi locutum exiſtimes, an hunc ſermonem eius intelligas ad alterum extitiſſe? Si ſolũ fuiſſe dicis, ipſius voce argueris dicentis, Faciamus,& noſtram. Profeſſione igitur pluralitatis, non diuerſitatem vel multitudinem poſuit; ſed ſolitudinẽ & ſingularitatem negauit. Ita etiam cùm dicimus tres perſonas, nomine ternarij, non diuerſitatem ponimus, ſed intelligentiam non ad alium, quàm patrem & filium & ſpiritum ſanctum referendam ſignificamus: Vt ſingularitas ibi non eſſe monſtretur, vt ſit ſenſus. Pater et filius & ſpiritus ſanctus ſunt tres perſonæ, hoc eſt, non tantùm hæc perſona vel illa, vel tantùm hæc & illa, ſed hæc & illa & illa in deitate ſunt, & non alia: Quod ita eſſe intelligendum Aug. ſatìs oſtendit, vbi dicit. Quibus nominibus non diuerſitatem intelligi voluit

De Tri. li. 5. c. 4.

voluit, ſed ſingularitatem noluit.

Quid per (duo.) Similiter & cùm dicitur, Pater & Filius ſunt duo, hic eſt ſenſus, Quòd non eſt tantùm pater vel filius, ſed pater & filius, Et hic non eſt ille.

Quid per diſtinctas & diſcretas. Cùm autem dicimus, diſtinctæ vel diſcretę ſunt perſonę, Confuſionē Sabellianā excludimus, & hanc non eſſe illam ſignificamus.

Ita etiam cùm dicitur, alia eſt perſona patris, alia filij: per aliam, non ſeparationē, ſed ſuę proprietatis diſtinctionē oſtendimus. Ait enim Ambroſius. Pater & filius diſtinctionem habent, ſeparationem non habent. *De Tri. li.1.c.2.*

Quid per hoc nomen (trinitatis.) Nomen autem quod eſt trinitas, id ſignificare videtur, quod hæc oratio, Tres perſonæ. Sicut ergo nulla perſonarum eſt tres perſonæ, ita quoque nulla earum eſt Trinitas.

Diſt.25. Quid ſignificetur. Præterea videamus, cùm hoc nomen perſona, ſecundum ſub-

ſtantiam dicatur: Vtrùm pluraliter dictum, idẽ ſignificet? Quod quidam ſentiẽtes, ſic probare nituntur, Cùm quęritur (inquiunt) quid tres, vel quid tria? conuenienter reſpondetur, tres perſonæ. At per quid, De eſſentia quæritur. Si ergo huic quæſtioni rectè reſpondemus, oportet vt reſpondendo nomine perſonæ eſſentiam ſignificemus. Adijciunt.
De Tri. li.7.c.4. Auguſt. etiam ait. Ideo dici tres perſonas, quia commune eſt eis id quod eſt perſona. Denique nihil illis cõmune eſt, niſi eſſentia. Sed ſi hoc eſt, Quomodò dicetur, alia eſt perſona patris, alia filij, quaſi alia eſſentia? Sanè hoc ita intelligendum aiunt. ſ. Alius eſt pater, alius eſt filius, id tamen commune habẽtes, quòd eſt perſona:
De Tri. li.7.c.6. Quod autoritate Aug. cõfirmant dicentis, Tres perſonas eiuſdẽ eſſentię, vel eãdẽ eſſentiã dicimus: nõ ex eadẽ eſſẽtia, quaſi aliud ibi
ſit,

ſit ꝙ eſſentia eſt, aliud ꝙ perſona. Sicq́; arbitrantur tres perſonas, in eſſe perſonã oĩnò cõuenire.

Obiectio. Sed ſi ſic eſt: Qualiter conſtabit, quod dicit Aug. de fide ad Petrũ. Ali⁹ eſt pater in perſona, ſiue perſonaliter: alius perſonaliter filius, alius perſonaliter ſpiritus ſanctus? Ideo alium ſenſum quæramus, iuxta ſanctorum autoritatem.

Dilutio per diſtĩctionẽ. Sciẽdũ igitur cũ quæritur, quid tres vel quid tria, non de eſſentia quæri, nec ibi quid ad eſſentiã referri. Sanè cũ chriſtiana fides tres confiteatur eſſe, eo quod ſcriptũ ſit. Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo, exquiritur quid illi tres ſint: hoc eſt, quo nomine illos tres declaret. Hac igitur quęſtione, arctata fides propter loquẽdi penuriam, dixit tres perſonę. Non inq̃ intelligẽs per hoc nomen eſſentiã, ſed ſubſiſtentias, vel hypoſtaſes, ſecũdum Gręcos, 1. Iob. 5.

Soluit autoritatẽ adductã. Denique eo magis hi tres,

tres perſonæ, id eſt, ſubſiſtentiæ dici poſſunt, qua commune eis eſt, id quod perſona eſt, hoc eſt. eſſentia. Nec enim ipſi tres veræ ſubſiſtentiæ dicerentur, niſi vnuſquiſque vera eſſentia eſſet.

Quis ſenſus alia eſt perſona patris, alia filij.

Sciendum quòd tam facilè, quàm rectè intelligitur, quo ſenſu dicatur. Alia eſt perſona patris, alia filij, id eſt, Alia ſubſiſtētia vel hypoſtaſis eſt patris, alia filij: vel alia perſona eſt pater, alia filius, hoc eſt, alia ſubſiſtentia vel hypoſtaſis eſt pater, alia filius. Sic de ſpiritu ſancto intellige. Quod autē Aug. dixit. Alius eſt in perſona ſeu perſonaliter pater: alius perſonaliter filius, licèt eodem ſenſu dici poſſit, congruentiùs tamen ibi perſonæ nomine, perſonalē proprietatem intelligi putamus, vt ſit ſenſus. Alius eſt in perſona vel perſonaliter pater, id eſt, proprietate ſua pater, alius eſt quàm filius.

Aug. de fide, ad Petr. c. 1.

Sic itaq; triplex eſt in trinitate

huius

Triplex ſignifica- tio nominis (perſona.) huius nominis (perſona) ſignificatio. Eſt enim quãdo eſſentiam, & eſt quando proprietatem, & eſt quãdo ſignificat hypoſtaſim. Quippe quòd eſſentiã ſignificet, ſupra ex dictis Aug. apertè conſtat. Quòd autem proprietatem, ſicut dicit Hieronymus, Non nomina tantùm, ſed etiam nominum proprietates, hoc eſt, perſonas, vel vt Græci exprimũt, Hypoſtaſes, id eſt, ſubſiſtentias confitemur. Quòd verò Hypoſtaſim ſignificet Iohannes Damaſcenus ita inquit. In deitate vnam naturam confitemur, & tres hypoſtaſes, hoc eſt, perſonas, ſecundum veritatem entes.

In explanatione ſymboli ad Damaſum.

Lib. 3. ortho. fidei ca. 5.

Vide initium 26. diſt.

Porrò notãdũ, hæreticos hoc nomine quod eſt (hypoſtaſis) ad ſimplices capiendos fuiſſe vſos, quia pro perſona & eſſentia interdum dicebatur. Ideo monente Hieronymo cùm non bonæ ſuſpicionis ſit, vel tacẽdum eſt cõtra

Diſt. 26

In epiſt. ad Damaſum.

hæreticos,vel cùm ſuis interpretationibus dicendum.

Iam de proprietatibus perſonarũ videamus,quę etiã notiones ſiue relationes plerũq; dicuntur. Ac priùs de his agamus, quæ ſũt generatio natiuitas & proceſſio. Quæ etiam proprietates dicũtur, quia ſecundum eas, propria perſonarum aſſignantur. Vnde Aug. Proprium patris eſt,quòd vnum filium genuit. Propriũ filij,quia de eſſentia patris natus eſt.Proprium quoque ſpiritus ſancti eſt, quia de patre filióque procedit. dicũtur etiam notiones, quia per eas noſcũtur, hoc eſt,ab inuicem perſonæ diſtinguũtur. Etiã eædẽ relationes dicũtur, quia eis ad inuicem perſonæ referuntur. Quæ quidem nõ ſunt Deo accidẽtales, ſed in ipſis perſonis ſũt ab æterno immutabiliter. Vnde Aug. Nihil in Deo ſecundũ accidẽs dicitur, nec tamen omne quòd dicitur

De perſonarũ proprietatib⁹

Quare dicãtur proprietates?

Li. de fide ad Pet. c. 1 & 2.

Quare dicãtur notiones.

Quare dicãtur relationes?

De tri. l. 5. c 4. & 5.

citur ſecundũ ſubſtantiã, de Deo dicitur. Dicitur enim ad aliquid vt pater ad filiũ, & fili⁹ ad patrẽ: quod nõ eſt accidẽs, qa ille ſemp pater eſt, & ille ſẽper fili⁹. Et quia pater non dicitur pater, niſi ex eo quòd ei filius eſt. Et filius non dicitur filius, niſi eò quòd habet patrem, non ſecundum ſubſtantiam hæc dicuntur, ſed ad inuicem. Denique Hilarius, patris & filij aſſignãs propria ita ait. Si ſemper patri proprium eſt, quòd ſemper pater eſt, neceſſe eſt, ſemper filio proprium eſſe, quòd ſemper eſt filius. Item. Nato Deo manifeſtum eſt proprium eſſe, quòd filius eſt.

Hilarius De tri. l. 12 in medio libri.

Idẽ Hil. paulò antè medium.

Diſt. 27

An eaſdẽ proprietates Auguſtin & Hilarius aſſignent.

Sed quæritur. Vtrùm eaſdem proprietates Hilarius & Auguſt. expreſſerint. Quod ſi conceditur, idem eſt ergo patri eſſe patrem, & genuiſſe filium. Si autem hoc eſt, cuicunque conuenit vnum, & aliud. Sed natura diuina

 eſt pater

eſt pater, ergo genuit filiũ,quod non ſanè dicitur. Huic autẽ quæſtioni ſine præiudicio ſanioris ſenſus, reſpõdẽtes dicimus,quòd Hilarius vbi dixit pꝓprium eſt patri, quòd ſemper pater eſt,ita intelligendum , vt hoc nomen (pater)ibi hypoſtaſim ſignificet, cum determinatione relationis, vt ſit ſenſus. Proprium patri eſt, quòd ſemper pater eſt, hoc eſt, quòd ſemper genuit. Quem ſenſum ipſe quoque declarat cùm ſubijcit.Ergo qui non ſemper pater eſt,non ſemper genuit. Cæterùm cùm de natura diuina pater dicitur,hypoſtaſim ſine determinatione relationis ponit: Vel vt planiùs dicatur,non relatiuè dicitur,vt ſit ſẽſus. Natura diuina eſt pater,hoc eſt, hypoſtaſis quæ pater eſt.Sic de hoc nomine(filius) &(ſpiritus ſanctus)intellige.

Denique vocabulorum , alia ſignificant hypoſtaſes cum relationibus

Nominũ in diuinis diuerſitas

tionibus, vt generans, natus, procedens, & huiuſmodi. Alia ſignificant relationes tantùm, vt generatio, natiuitas, proceſſio, & huiuſmodi. Et hæc omnia tam de perſonis quàm de natura dicuntur: Alia ſunt quæ determinationes ſignificãt tantùm, vt gignere, naſci, & procedere, & ſimilia, quę tantùm de perſonis, nũquã autem de natura diuina dicuntur. Etenim proprietates, tantùm perſonas, non naturam determinant. Vnde Iohãnes Damaſcenus. Non differunt ab inuicem hypoſtaſes ſecundum ſubſtãtiam, ſed ſecundum characteriſtica idiomata, id eſt, determinatiuas proprietates. Characteriſtica verò, hoc eſt, determinatiua ſũt hypoſtaſeõ, et nõ naturæ. Ac per hoc videtur, non omnino idem eſſe dicere, aliquid eſſe patrem, & genuiſſe filium: vel aliquid eſſe filium, & habere patrem: Vel eſſe ſpiritũ ſanctum,

l.3.de orth.fide ca.6.

An idẽ ſit dicere aliquid eſſe patrẽ et genuiſſe filium.

Cõfer cũ M.26. diſt.

H v & proce

& procedere ab vtroque.

Li.12.de tri.paulò ante mediũ. Planè ei quod Hilarius dixit, nato Deo proprium eſſe quòd filius eſt, Cõtrarium eſſe videtur, quòd etiam homines filij Dei ſunt & dicuntur, ſecundum illud, Filij excelſi omnes. Et illud, Fili⁹ meus primogenitus Iſrael. Cæterũ homines filij Dei ſunt, factura: vnigenitus autem naſcibilitatis proprietate. Vnde idem Hilarius. Nos quidem filij Dei ſumus, ſed per facturam, quia per gratiam facti ſumus, non nati: acquiſiti, nõ generati. Ex adoptione enim homo filius Dei eſt, non ex generatione. *Pſal.81.* *Exo.4.* *De Tri. lib.12. circa pricipiũ.* **Quomodo homo ſit filius trinitatis.**

Sciendum quòd tota etiam Trinitas pater hominis dicitur. Vnde Aug. Non poteſt dici Trinitas pater, niſi fortè tranſlatiuè ad creaturam, propter adoptionem filiorum: Quem enim vnum dominum Deum noſtrum rectè dicimus, etiam patrem noſtrum *Li.5.de Tri.c.11.* **Quomodo Trinitas ſit pater hominis.**

propter

propter gratiam ſuam nos regenerantem, rectè dicemus. Conſtat enim vnigenitum filium Dei eſſe, ſed propriè & per naturam. Homines etiam, ſed per gratiam. Ita quoque cùm plura ſint dona Dei, ſpiritus ſanctus propriè dicitur donum Dei, eò quòd æterna proprietate vel relatione dicatur, quæ in hoc nomine donum manifeſtè apparet. Vnde Auguſtinus. Spiritus ſanctus, qui non eſt Trinitas, ſed in Trinitate, intelligitur in eo quod propriè dicitur ſpiritus ſanctus: Relatiuè autem dicitur, cùm ad patrem filiumque refertur: ſed ipſa relatio non apparet in hoc nomine: apparet autem cùm dicitur Dei donum. Nec moueat quòd hæc nomina viciſſim ad patrem & filium non reſpondent: in multis enim relatiuis hoc contingit, vt non inueniatur vocabulum, quo ſibi viciſſim

Li.5.de Tri.c.11.

viciſſim reſpondeant. Cùm ergo dicimus donũ patris & filij, non, quidem dicemus, patrem doni, aut filium doni: Sed vt hæc viciſſim reſpondeãt, dicimus donum donatoris, & donatorem doni: Donator tamen non fuit Deus, niſi ex tẽpore, cùm ſpiritus ſanctus ſit donum ab æterno.

De nominib'(verbum) & (imago.)

Pręterea ſunt alia nomina, quę relatiuè dicuntur ad patrẽ, eadem notione qua filius, vt verbum & imago. Vnde Aug. Eo dicitur filius quo verbum, & eo verbum quo filius. Idem. Dicitur relatiuè filius, relatiuè etiam dicitur verbum & imago. Et in his omnibus vocabulis ad patrẽ refertur: Nihil autem horũ pater dicitur.

De tri. l. 7. de tri. cap. 2.

Eod. li. cap. 3.

An hæc nomina Deus, lumẽ etc. dicantur ſecũdum ſubſtãtiã.

Denique eſſentiæ nomina, vt Deus, lumẽ, & huiuſmodi, nunq̃ relatiuè dicuntur, Aliquando autem pro relatiuis, hoc eſt, pro perſonis accipiuntur, vt cùm dicitur, Deum de Deo, lumen de lumine,

lumine. Alterũ enim pro patre, alterum pro filio ponimus.

Diſt.28 De hoc nomine imago.

Aliquando tamẽ imago eſſentiam ſignat, Velut ibi. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtrã. Vnde Hilarius, Homo fit ad communẽ imaginẽ. Et Aug. Vna eſt trinitatis imago, ad quam factus eſt homo. Notandum etiam quòd patrem eſſe, filium eſſe, tantùm relatione ſunt diuerſa. Vnde, quamuis diuerſum ſit eſſe patrem & eſſe filium, non eſt tamen diuerſa ſubſtãtia, quia hoc nõ ſecũdũ ſubſtãtiam dicitur, ſed ſecũdũ relatiuũ.

Geneſ.1. De tri.l. 5. à principio libri: in l. de fide ad Pet. cap.10.

De hoc nomine ingenit'.

Oportet præterea ſcire patrẽ dici ingenitum alia proprietate quàm genitorem. Vnde cùm de Deo patre vtrumque dicatur, alia notio eſt, qua ĩtelligitur genitor, alia qua ingenitus. Hæc autem eſt innaſcibilitas. Vnde Hilarius. Eſt vnus ab vno, id eſt, genitus ab ingenito, proprietate videlicet in vnoquoque

De tri. lib.2. nõ lõgè à fine libri.

vnoquoque & originis & innaſcibilitatis. At ſecũdũ hãc notionẽ, ad non genitorem refertur. Vnde Aug. Sicut filius ad patrem, & nõ filius ad non patrem refertur: Ita genitus ad genitorem, & non genitus ad non genitorem referri neceſſe eſt. Ingenitus porrò quid eſt, niſi non genitus?

De tri. l. 5. c. 7.

Nomen aliud præterea eſt. ſ. principiũ, quod ſemper relatiuè dicitur, multipliciter tamen. Dicitur enim pater principium, & filius, & ſpiritus ſanctus, ſed differenter. Nam pater principium eſt ad filium, quia ab eo genitus eſt, & ad ſpiritum ſanctum, quia ab eo procedit. Vnde Aug. Pater eſt principium totius diuinitatis, hoc eſt, filij & ſpiritus ſancti, in quibus ſingulis tota diuinitas eſt. Filius autem ſpiritus ſancti principiũ eſt, quia ab eo procedit. Spiritus verò ſanctus, tãtũ ad creaturas principiũ eſt, Deniq; pater

Diſt. 29 De hoc nomine (principium)

De. tri. l. 4. c. 20.

pater principium eſt ſine principio: Filius verò principium eſt de principio: Et ſpirit⁹ ſanctus principium de vtroque. Cæterú pater eſt ab æterno principium filij: & pater & filius principium ſpiritus ſancti: Spiritus verò ſanctus non ab æterno eſt principium, ſed ex tempore. Quippe cùm creaturarum tantùm principium ſit, creaturis eſſe incipientibus, & ipſe cœpit principium eſſe earum. Ita etiam tota trinitas cœpit eſſe principium ad creaturas.

Quid eſſe principiū ad creaturas.

Eſſe autem principium ad creaturas, eſt eſſe creatorem. Vnde Aug. Cum diceretur ei, Tu quis es? Reſpondit. Principium, qui & loquor vobis. In quo creatorem ſe oſtendere voluit.

De tri. l. 5 ca. 13. *Iohan. 8.*

Trinitas eſt vnicū prīcipiū, non tria.

Hi auté tres nō ſunt tria principia, ſed vnú, quia vno eodéque modo operātur in rebus vt ſint. Hoc auté intelligens Apoſtol⁹ aït.

Ex ipſo,

Rom.11. Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Dicendo autem, omnia, naturas intellige, & quæ naturaliter ſunt, non peccata quæ naturam viciant, & ex voluntate peccantium naſcuntur.

Aug. de natura bon. c. 28

Dicitur autem principium pater, ad filium, eò quòd genitor. Etenim ſi gignens ad id quod gignitur, principium eſt, pater ad filium principium eſt, quia genuit eum. Eodem modo etiam pater autor dicitur filij. Vnde Hilarius. Ipſo quo pater dicitur, eius quem genuit autor oſtẽditur, id habens nomen, quò neq; ex alio perfectũ intelligatur, et ex quo is qui genitus eſt, ſubſtitiſſe doceatur.

Quomodo pater principiũ & autor ſit filij.

Li. 4. de tri. non longè à prĩcipio.

Fatendum quoq; eſt, patrem & filium vnum principium eſſe ſpiritus ſancti, non duo. Vt enim pater & filius ad creaturam, vnus creator, & vnus dominus dicitur, ſic relatiuè ad ſpiritum ſanctum, vnum principium. Cúmq; princi-

Pater & filius ſunt vnicum principiũ ſpiritus ſ.

principium dicantur ipſi duo ad ſpiritum ſanctum: quia ſpiritus ſanctus procedit ab vtroq;.Nec aliter procedit à patre quàm à filio.Sanè intelligi poteſt,patrem & filium eâdem relatione ſempiterna dici principium ſpiritus ſancti, cuius relationis nomen non habemus.

Diſt 30 De his quæ propriè temporaliter de Deo dicũtur.

Sunt etiam quædam nomina, quæ ex tempore Deo conueniũt, & relatiuè de Deo dicuntur, velut creator, dominus, refugium, & huiuſmodi. Vnde Auguſtinus, Creator relatiuè dicitur ad creaturam, ſicut dominus ad ſeruum: Iſta ergo relatiua appellatio ex tempore eſt Deo. Alioquin cogimur creaturam ſempiternam dicere, quia ille ſempiternè non dominaretur, niſi etiam iſta ſempiternè famularetur. Sicut autem non poteſt eſſe ſeruus, niſi habeat dominum: *De tri. l. 5. c. 13.*

ſic nec dominus, niſi habeat ſeruum. Hæc autem de Deo dicuntur ſecundũ accidens, quod non in ipſo, ſed in creatura tatũm eſt. Et ideo ſine mutatione ſui, hæc dicitur Deus, quod in minori apparet.

Nummus enim cùm dicitur precium, relatiuè dicitur, nec tamen mutatus eſt cùm cœpit eſſe precium, neque cùm dicitur, pignus, & huiuſmodi. Si ergo in his minimis hæc ita ſe habent, multò fortiùs de illa incommutabili ſubſtantia Dei, credendum eſt, quòd aliquid ex tempore dicatur, nihil tamen mutata. Appellatio itaque qua creatura ad creatorem refertur, relationem in ipſa creatura ponit. Qua verò creator, ad creaturam refertur, relatiua tantùm appellatio eſt, nullam proprietatem in Deo notans.

Spiritus ſanctus dicitur datus relatiuè & ex tẽpore

Sic ſpiritus ſanctus datus, vel donatus

donatus dicitur, ex tempore relatiuè.

Si autem quæritur, an ſpiritus ſanctus ad ſemetipſum relatiuè dicatur, quia Aug. ait, quod datur, refertur ad illum qui dat, et ad illum cui datur, & ſpiritus ſanctus dat ſeipſum. Reſpondemus. Spiritum ſanctum ad ſe non referri, quia dās, trinitas eſt: cui datur, creatura. Vel nullum inconueniens eſſe dicimus, ſi hic ad ſeipſum referri dicatur, quia dati vel donati appellatio, quantum ad dantem, nullam notat proprietatem, ſed quantum ad recipientem duntaxat. Quod, ſi quantum ad dantem proprietatem notaret, tunc non poſſet ad ſeipſum referri. Etenim ſic à ſeipſo diceretur diuerſus. Quod non faceret appellatio ſola, ſed proprietas.

An ſſ. dicatur relatiuè ad ſeipſum.

Li. 5. de Tri. c. 14

In trinitate præterea dicitur

Li.3.de Tri.non longè à fine. æqualis & ſimilis, relatiuè quidem: quia ſicut Hilarius ait, Sicut ſimile ſibi nihil eſt, ita & æquale aliquid ſibi non dicitur. Non autem ſecundum relationē, ſed ſecundum ſubſtantiā dicitur. Vnde *De Tri. li.5.c.6.* Aug. Non ſecūdum hoc, quia ad patrem dicitur, filius eſt æqualis patri. Reſtat igitur, vt ſecundum id æqualis ſit, quòd ad ſe dicitur, hoc eſt, ſecundum ſubſtantiam. Igitur in his ſola appellatio relatiua eſt: æqualitas autē & ſimilitudo, in tribus perſonis, eſt ſumma & indifferens ſubſtantię diuinę ſimplicitas. **Diſt.31. De ſignificatione relatiorū ſimilis & æqualis.**

Porrò quidam dicunt, his nominibus nō aliquid poni, ſed remoueri, vt filius dicatur ęqualis patri, quaſi nec maior eo ſit, nec minor. Ita & ſimilis quaſi in nihilo diuerſus, vel diſſimilis, quod ſatìs fideliter dici manifeſtū eſt. **Aequalis & ſimilis alia expoſ.**

Non eſt autem prętereūdum, quod Hilarius proprietates perſonarum **Quomodo Hila-**

rius in trinitate perſonarum proprietates oſtendat

ſonarum inſinuans ait, Æternitas eſt in patre, ſpecies in imagine, vſus in munere. In æternitatis autē vocabulo, non eum ſequendum arbitratur Aug. niſi quòd pater non habet patrem de quo ſit. Denique in imagine ſpeciem nominauit, credo propter pulchritudinē, vbi eſt prima æqualitas, & tanta congruentia, vt ad identitatem ei cuius eſt imago reſpondeat. Eſt autem patris & imaginis delectatio, vel beatitudo ineffabilis, (ſi tamen voce humana dignè dicitur) quę vſus ab eo breuiter dicta eſt. Munus autem idem eſt quod donum. Donum eſt ſpiritus ſanctus. Qui videt hæc ex parte vel per ſpeculum, gaudeat cognoſcens Deum, & gratias agat. Qui verò non videt, tendat per pietatem ad videndum, non per cæcitatem ad calumniandum.

In lib. de ſynodis.

De Tri. li. 6. c. 10. exponit verba Hila.

Auguſtinus etiam propria

Lib.1.de doct.chr. cap.1. perſonarum diſtinguens ait. In patre eſt vnitas. In filio æqualitas. In ſpiritu ſancto vnitatis æqualitatiſque concordia. Et tria hæc omnia, vnum propter patrem. Æqualia omnia propter filium. Connexa omnia propter ſpiritũ ſanctum. Denique vnitas patri ſecundum Auguſtinum attribuitur, ea forſan ratione, qua eidem æternitas ſuprà attributa eſt, ſecundum Hilarium. Vel ideo etiam, quia pater vnum principium totius deitatis. Qui cùm ſit vnus Deus, naſcenti de ſe filio, procedenti à ſe ſpiritui ſancto, vnum eundemque Deum eſſe dedit ſecum. Sicque omnia ſunt vnum propter patrem. Æqualitas autẽ filio, quia ipſe eſt imago patris. Imago autem ſi perfectè illud implet cuius eſt imago, ipſa coæquatur ei, non illud imagini ſuæ. Filius autẽ perfectè implet illud cuius eſt imago,

Quomodo Aug. perſonarũ proprietates diſtinguat?

Vnitas tribuitur patri.

Aequalitas filio.

go, vnde coæquatur ei. Datur etiã à filio ſpiritui ſancto, vt ſibi & patri ſit æqualis. Per hoc itaq; elucet vtrumq;, qualiter hæc tria ſint propter filium æqualia, non à filio. Ita ſine præiudicio melioris ſenſus, cũ timore pronunciamus.

Cõcordia ſpiritu ſancto. Ceterùm cõcordia ſpiritui ſancto attribuitur, quod faciliùs intelligere licet. Eſt enim ſpiritus amor ineffabilis patris & filij. Vnde Aug. Spiritus eſt ſumma charitas, vtrumque coniungens, noſq́; ſubiungens. Rectè igitur propter eum omnia connexa dicuntur. Indè eſt quòd in ſapientia, omnia dicitur continere. *De tri. l. 7. cap. 3.*

Diſt. 32. Vtrũ pater vel filiꝰ per ſpiritũ ſãctũ diligat. Ex his denique, cùm etiã ſuprà dictũ ſit: ſpiritus ſanctus eſt, quo genitus à gignente diligitur, genitoremq́ue ſuum diligit: videtur pater & filius ſpiritꝰ ſanctꝰ eſſe, quia in trinitate nihil eſt aliud eſſe, quàm diligere. Sed di- *Sap. 1.*

cimus diſtinguendum eſſe, quod dicitur, pater & filius ſpiritu ſancto diligunt, hoc eſt, per ſpiritũ ſanctum, bene dicitur vt ſupra Aug. per ſpiritum ſanctum ſcilicet omnia eſſe connexa. Si verò dicitur, ſpiritu ſancto, hoc eſt, à ſpiritu ſancto diligunt, falſò dicitur. Sic enim autoritas principij in ſpiritu ſancto poneretur. Vel vt dicitur, Pater æqualis eſt filio, per filium, non vtique à filio. Vel etiam diligere, nõ ſignificare ibi eſſe dicimus, ſicut nec dilectio in trinitate, ſemper ſignificat eſſentiam. Vt ibi probat Aug. Deus eſt dilectio. Relatiuè quippe dici videtur, quòd genitus à gignēte, ſpiritu ſancto diligitur. Quod ſi abſolutè diceretur, Pater ſiue filius diligit, vel diligens eſt ſpiritu ſancto, tunc arbitror ſubſtantiuè diceretur. Quod cùm nunquam occurrat, puto eo ipſo prædictũ ſenſum adiuuari. Quod ſi ita ſit, inanis

Quomodò intelligẽdum, Pater & filius ſpiritu ſancto diligunt.

Li.6.de tri.c.5.

inanis eſt quæſtio, cùm aliud in trinitate ſit, Patrem ſpiritu ſancto diligere, & patrem ſpiritu ſancto filium diligere.

Quæritur vtrũ pater ſit ſapiens, ſapientia genita, quod videtur ex eo quod Apoſtolus dicit. Chriſtum eſſe Dei virtutem, & Dei ſapientiam, hoc eſt, patris. Quod ſi ita eſt, probatur conſequenter pater eſſe ea, quia hoc ibi eſt eſſe quod ſapere.

1. Cor. 1.

Duę quęſtiones, Vtrũ pater ſit ſapiẽs, ſapiẽtia genita?

Item quæritur, vtrùm filius ſit ſapiens, ſapientia genita, quod concedendum eſſe videtur. Alioquin enim non videtur ſapiens ſeipſo, cùm ipſe ſit ſolus ſapientia genita. Sanè ſi conceditur, incurritur pædictum inconueniens. Ad quod dicimus. Neq; patrem neque filium, ſapientia genita ſapientẽ eſſe, ſed ingenita, quæ tantùm pater eſt. Vnde Aug. Eſt Deus pater ſapiens, ea quæ ipſe eſt ſua ſapientia, & filius ſapientia

Vtrũ filius ſit ſapiens, ſapiẽtia genita?

Solutio vtriuſq;.

De tri. l. 15. c. 7.

patris eſt ſapiens de ſapientia quæ eſt pater, de quo eſt genitus. Sic etiam de intelligente & intelligentia dicendum eſt.

Quomodo filius dicitur ſapientia & virtus Dei patris.

Porrò filius dicitur ſapientia patris & virtus, non quia pater per eum ſapiat vel poſſit, ſed quia filius ſapientia & virtus eſt, de patris ſapientia & virtute: Ne autem per hoc plures ſapientias dicere putemur: Vnam tantùm in trinitate cōfitemur ſapientiā, ſed quę nō tantū vno modo dicitur. Dicitur autē genita vel ingenita ſapiētia, nec eſt genita ingenita, vna tamen tantū ſapientia. Sicut vnus Deus tantùm eſt. Dicitur & genit⁹ & ingenitus, nec genit⁹ eſt ingenit⁹. Vnus tantū ideōq; Deus.

An filius ſapiēs ſit ſeipſo.

Item quæritur, An filius ſapiens ſit ſeipſo: Quod diſtinguimus Si ergo dicitur ſeipſo, id eſt, à ſeipſo, falſò dicitur. Verè autem dicitur ſeipſo, hoc eſt, per ſeipſum. Velut dicitur, filius agere non

re non à ſe, ſed per ſe. Vnde Hilarius. Naturæ cui contradicis hæretice, hæc vnitas eſt, vt ita per ſe agat filius, nec à ſe agat: & ita non a ſe, vt per ſe agat. Deniq; dicens non à ſe agit, autoritatem principij ab eo remouet. Dum verò dicit per ſe agit, vnitatem naturæ in eo confitetur.

De Trin. lib. 9. poſt medium.

Diſt. 33. An proprietates perſonarum ſint ipſæ perſonæ vel Deus.

Denique fideliter firmiterq; tenendum eſt, Proprietates, de quibus hactenus diſſeruimus, in perſonis eſſe, pro eo quod ſcriptum eſt, In perſonis proprietas, & in eſſentia vnitas. Et ipſas perſonas eſſe, alioquin multiplicitas eſſet in Deo. Planè quicquid Deus ab æterno habet, Deū eſſe, manifeſta veritate probatum ſupra reliquimus, exceptis relatiuis. Proinde perſonas proprietatibus diſtingui, & ipſas eſſe perſonas, ſic apertè Hiero. dicit. Sabellij hæreſim declinantes, tres perſonas expreſſas ſub ꝓprietate diſtin-

Ecclesia in præfatione de tri.

Quòd proprietates ſint perſonæ.

In expoſitione ſymboli ad Damaſum.

diſtinguimus. Non enim nomina tantùm, ſed & nominũ proprietates, hoc eſt, perſonas cõfitemur. Sunt tamen qui mente ſacrilega, & voce infauſta hoc negare non trepidant: blaſphemius aliquid addentes, ſcilicet proprietates vtique in perſonis eſſe, ſed non intrinſecùs, imò etiam extrinſecùs affixas. Quod ridiculum de inſania præſumptionis eorum erumpere non dubitamus. Denique quod ſomniant, ita probare contendunt. Si proprietates (inquiunt) perſonæ ſunt, non eis perſonæ differũt. Cõtra quod dicimus, quia etiã ſeipſis perſonæ differre dicuntur. Vnde Hiero. de his tribus loquẽs dicit. Subſtantia vnũ ſunt, perſonis autem ac nominibus diſtinguuntur. Sũt etiam diuina eſſentia ipſæ proprietates. Vnde Hilarius de vna earum ait. Natiuitas non poteſt non eſſe ea natura, vnde naſcatur filius, non tamen

Loco ſuperiùs ſignato.

De Tri. li. 7. in medio libri.

tamen diuina eſſentia, ſed ſolis proprietatibus perſonæ differũt. Quod quidem verè dicitur, ſed qualiter hoc ſit, nec attingitur nec tenetur. Verborum enim ſignificantiam rei ipſius natura conſumit.

Obiectio. Inſurgunt etiã veritatis æmuli & dicunt. Si paternitas & filiatio in diuina eſſentia ſunt eadem res: igitur pater eſt et filius: & ſic ipſa eadẽ res, & generat, & generatur. Quod hereticè dici pluſq̃ manifeſtum eſt. Sed qui hoc dicunt, ſuprà etiam moniti eſſe debent,

Solutio. proprietates, nõ naturas, ſed tantùm perſonas determinare. Quod ſemel dictum etiam hîc iterare non piget, quò ſæpius verſando, familiariùs innoteſcat. Characteriſtica ergo (inquit Iohannes) idiomata ſunt, hoc eſt, determinatiuæ proprietates Hypoſtaſeos, & non naturæ. Sed inquiunt, quomodò in eſſentia ſunt proprietates

Damaſ. li.3. de orthodo. fide. cap.6.

Alia obiectio.

prietates

prietates, & eam nō determināt, cùm in perſonis ita ſint, quòd eas determinent? Dicimus autē firmiter ita eſſe tenendum, ſed qualiter hoc ſit, non confundamur, neſcire fateri cum Hilario etiam dicente. Ego neſcio, non requiro, ſed conſolabor me tamen: Archangeli neſciunt, angeli non audierunt, ſecula non tenent, propheta non ſenſit, Apoſtolus non quæſiuit, filius ipſe non edidit. Ceſſet ergo dolor querelarum.

Solutio.

L. 1. de trini. ſō- ... pia.

Præterea ſciendum eſt, quòd potentia, ſapientia, benignitas, tametſi tribus perſonis conueniant, quia ſecundum ſubſtantiam dicuntur, ſcriptura tamen frequēter hæc nomina diſtinctè ad perſonas referre ſolet, vt patri potentia, filio ſapientia, ſpiritui ſancto benignitas tribuatur, non ocioſè quidem. Quippe hæc nomina pater & filius in creaturis

Diſt. 34
Quare diſtinctè dicatur Pater potens: Fili' ſapiēs: ſpiritus ſanctus, benign'.

accepta

accepta : priorem filio patrem, & ſic ex antiquitate defectum in patre : Et filium patre poſteriorem, & ſic in eo ſenſus imperfectionem notare ſolet. His autem ad creatorem tranſlatis, ne infirmitas hominis de ſimilitudine creaturę, Dei abſcondita metiretur, Occurrit ſcriptura dicens : Patrem, potentem, ne videatur prior filio, & ideo minùs potens. Et filium ſapientem, ne videatur poſterior patre, & ideo minùs ſapiens. Non quòd pater ibi ſolus ſit potens, vel magìs potens : aut filius ſolus, vel magìs ſapiens. Item, Hoc nomen ſpiritus atrocitatem notare ſolet ac rigorem. Ne autem aliquid homo de Deo tale putaret, per quod ad Deũ accedere metueret, ſcriptura temperauit ſermonem, nominans ſpiritum benignũ, non quòd ſolus ſpiritus ſit benignus, vel magis benignus.

Poſtremò

Poſtremò ſciẽdũ, ſpeculũ, ſplẽdor, figura, & ſimilia, quę de Deo per translationẽ dicũtur, nullatenus ad expreſſionem proprietatis eorundem nominum dici, ſed ad aliquam ſpiritualẽ intelligentiam habendam, quam ex cauſis dicendi, ſuis quibuſque locis, pietas lectoris aſſumat.

De nominibus per methaphorã de Deo dictis.

Diſt. 35.

Quamuis plura præmiſſa ſunt de his, quæ de Deo ſecundũ ſubſtantiam dicũtur, de quibuſdam eorum tamen ſpecialis ponẽdus eſt tractatus, ſcientia videlicet, Dei voluntate, & potentia. Scientia igitur Dei cùm ſit vna & ſimplex, diuerſa ſortitur nomina, propter diuerſos rerum creatarum effectus. Dicitur enim præſcientia, diſpoſitio, prouidentia, & prædeſtinatio. Eſt autem præſcientia & prouidentia de futuris tantùm, tam de bonis quàm de malis: diſpoſitio verò de faciendis, prouidentia de gubernandis, præde-

De ſciẽtia Dei ingenerati ſecundũ ſe.

Scientia Dei habet multa nomina.

Prædeſtinatio de ſaluandis, & eorum bonis, quibus hic liberantur,& in futuro coronabuntur. Vnde Apoſtolus, Elegit nos ante mūdi conſtitutionē, vt eſſemus ſancti et immaculati. Et propheta, Oculus non vidit, Deus abs te, quæ præparaſti diligentibus te. Sed ſi ita eſt, Videtur, quòd ſi futura ab æterno non eſſent, nec præſcientia nec aliorum ſingulum in Deo eſſet,& ita nec eſſentia. Quia in Deo idem eſt eſſentia, quod præſcientia. Item ſi ab æterno futura non eſſent, nec Deus præſciret, & ita non eſſet, cùm idem ſit ei præſcire quod eſſe. Ad quod dicimus. Quia hoc nomen præſcientia, & ſingulum prædictorum eſſentiam deſignant & relatiuè ad futura dicuntur. Ac per hoc cùm ita dupliciter ſint, diſtinguenda eſt locutio qua dicitur. Si nulla eſſent futura, nō eſſet in Deo præſciētia,

Ephes. 1. Esa. 64. 1. Cor. 2.

Quæſtio.

Solutio.

hoc eſt, non eſſet in Deo ſcientia, quæ eſt præſcientia, mentitur.

Si verò dicatur eſſe in Deo ſcientia, ſed qua futura non comprehenderet, vera eſt.

Similiter & iſtam, Si nulla eſſent futura, Deus non eſſet præſcius. Diſtingues. Ita & de cæteris dicas, Quippe & ſi nihil tale de Deo diceretur, cùm nulla eſſent ab æterno futura, nihilominus tamen in Deo ſcientia eſſet, quæ eſt de omnibus, tam de bonis quàm de malis temporalibus, & æternis.

Li.5.de fide c.8. Vnde Ambroſius ſcilicet. Omnis ratio ſupernæ & æternæ ſapientiæ in eo eſt, quia omnem ſapientiam & eſſentiam capit ſua immenſa ſapientia. Ideo omnia eſſe dicuntur in Deo ab æterno. *Super Gene. ad litteram c.18.*

Vnde

Vnde Auguſt. Hæc viſibilia antequam fierent & erant, & non erant: erant in Dei ſcientia, nō erant in ſua natura. Nota enim fecit, non facta cognouit. Indè eſt quo dicitur. Quod factum eſt, in ipſo vita erat, non quòd creatura ſit creator, ſed quia in eius ſcientia ſemper eſt, quæ vita eſt. *Iohan.*

Diſt. 36 Quomodo res ſint in Deo.

Secundum hoc dicitur, quòd vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea que ſunt. Vnde Auguſtinus. Et pulchritudo agri mecum eſt. Cum illo ſunt omnia, cognitione quadam ineffabili ſapientiæ Dei. *Super illum locū pſal. 49.*

Sed cùm idem ſit ſcientia Dei, & natura, vel eſſèntia, Quærìtur, an omnia ſint in Dei natura? Non, Cùm dicit Auguſtinus. Electos habet apud ſemetipſum, non autē in natura ſua, ſed in pręſcientia. *De verbis apo. ſermone vndecimo.*

ſcientia. Sed cùm idem ſit, omnino natura Dei, & ſcientia, Quid eſt, quòd in ſcientia omnia eſſe dicuntur, & nō in natura? Forſan hæc eſt vna de cauſis: Quia hoc nomen natura ſimpliciter ponit eſſentiam: Scientia verò idem eſſe vtiq; ponit, ſed non omnino ſine reſpectu ſcibilium dicitur. Indè eſt etiam, quòd non quicquid in ſcientia Dei eſt, in eius dilectione eſſe dicitur. Quia hæc nomina, dilectio, ſcientia, & huiuſmodi, cùm propter varios ſtatus rerum de creaturis ſint tranſlata ad creatorem, diuerſis reſpectibus dicuntur ad res ipſas. Quibus impediētib' nō quicquid per vnum nomen dicimus, per aliud etiam dicere debemus: verbi cauſa, Omnia in Dei ſcientia ſunt, quia nihil effugit plenitudinem eius noticiæ. Non autem omnia in dilectione ſua ſunt, quia nō omnib' munus gratiæ cōferre dinoſcitur.

Sed

An mala debeant dici eſſe in Deo.

Sed cùm omnia in Deo ſint per ſcietia, Queritur, vtrú concedam⁹ mala eſſe in Deo? Scit enim omnia Deus, tā bona q̄ mala. Sanè quis niſi inſanus mala eſſe in Deo cócedat? Ideo hoc verbum Deus ſcit, pro varietate ſcibilium diſtinguendum eſt. Scit enim Deus quædam tantùm eſſe vel præterita vel futura eſſe, ita quòd nec approbat, nec ſibi placent. Vnde & à longè cognoſcere ea dicitur. Sicut ſcriptum eſt. Et alta à longè cognoſcit. Secundum quod quibuſdam dicet. Nó noui vos. Huiuſmodi non dicũtur eſſe in Deo, quia eis autoritatem exiſtédi non præſtat. Ea igitur tantùm in Deo eſſe dicuntur, quorum autor eſt, bona ſcilicet quæ ex ipſo, & in ipſo, & per ipſum ſunt, vt ait ſcriptura. Quæ tria (vt Ambroſius ait) vnum ſunt quantum ad autoritatem rerum quæ ſunt, vt ſint. Sanè non confuſè hoc

Pſal. 138

Mat. 7.

Rom. 11.

Li. 3. *de ſpiritu ſancto. c.* 12.

accipiendum eſt, quod Apoſtolus ad diſtinctionem perſonarum poſuit. Ex ipſo dicens, propter patrem: per ipſum, propter filium: in ipſo, propter ſpiritum ſanctum. Sic tamen hoc credas, vt omnia ad ſingulum referas. Ex patre enim, & per patrem, & in patre ſunt omnia. Ita de filio & ſpiritu ſancto. Notandũ tamẽ generaliùs dici ex ipſo, quàm de ipſo. Ex ipſo enim cælum & terra, ſed non de ipſo, cùm non ſint de ſua ſubſtantia. Sicut ex homine tam filius eſt, quàm domus ab eo facta, ſed de homine ſolus filius.

Dict.37 Quomodo Deus eſt in rebus & locis corporalibus.

Dicto qualiter res ſint in Deo, Quærendum videtur, Qualiter Deus ſit in reb⁹? Eſt igitur ſciendum, Deũ tantùm in ſeipſo eſſe, antequam res creatæ eſſent. Creatis itaque cælo et terra, ipſa repleuit. Vnde Cælum & terram ego compleo. Auguſtinus etiã, Deus vbique

Hiere.23
L.1. de doctrina chriſtiana, c.10.

vbiq;,cui nõ locis,ſed actionibus propinquamus.

Quomodo Deus ſit generaliter in rebus & ſpecialiter in ſanctis? Eſt igitur Deus præſentialiter, potentialiter, eſſentialiter in omnibus rebus communiter: At in ſanctis ſpecialiter. ſ. per inhabitatem gratiam, Vnde Gregorius. *Super cantica cap. 6.* Licèt Deus cõmuni modo rebus omnibus inſit præſentia, potẽtia, ſubſtantia: familiariùs tamen, per gratiam ineſt illis, qui mirificentiam operũ Dei acutiùs conſiderant, & fideliùs. Vnde cognoſcunt illum & diligunt. Ac per hoc inhabitare illos dicitur Deus. *Eſaiæ 66.* Hinc eſt, Cælum mihi ſedes: terra autem ſcabellum pedum meorum. Et alibi. *In l. ſapientiæ cap. 7.* Thronus ſapientiæ, anima iuſta eſt. Propter hoc igitur eſt quòd nõ dicim⁹: Pater noſter qui es vbiq;, cùm & hoc verum ſit, ſed qui es in cælis, hoc eſt, in ſanctis.

Quomodo Deus inhabitet quoſdam eũ nõ cognoſcẽtes. Inhabitat etiã De⁹ quoſdã nõdũ cognoſcẽtes eum, velut paruulos

ſacramento Chriſti confirmatos, quos ipſe ſibi dilectiſſimum templũ gratia ſuæ bonitatis ædificat.

Quomodo Deus ſit in Chriſto.

Eſt etiã Deus in hom̃ine Chriſto, excellentiori modo, quia non per adoptionẽ ſed per vnionem, quippe in quo plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat. In Chriſto igitur Deus excellẽter, in ſanctis miſericorditer, vbique ineffabiliter: ſed qualiter ſit, explicare non poſſumus. Multa enim de Deo intelligimus, quæ loqui penitus nõ valemus. Ita etiã multa loquimur, quæ intelligere idonei non ſumus.

Quomodo Deus ſit vbiq;, nec tamẽ coinquinatur ſordibus?

Sanè cùm vbiq; ſit Deus, quomodo ſordibus non inquinatur natura? Sed quãtum hoc ſit friuolum, etiam in ſpiritu creato probatur, & in ſolis radijs manifeſtè irridetur.

Quòd nõ moueatur per loca et tẽpora.

Cùm autem Deus ſit vbique, & omni tempore, non tamẽ mouetur per loca & tempora, quod

ſolum

ſolum creaturarũ eſt. Vnde Aug. *Super Gene. li. 8. ca. 22. 23.* Omnipotens incõmutabili ęternitate, voluntate, veritate, ſemper idem, mouet per tempus creaturam ſpiritualem: Per tempus autem & locum, creaturam corporalem: non tamen eius ſubſtantia, qua Deus eſt, temporibus lociſq; mutatur. Per tempus autẽ mutari eſt, variari ſecundum qualitates. Per locum autem mutatur, quod locale eſt: Quod duobus modis cõtingit. Dicitur enim locale aliquid, quod interpoſitione ſui faciat circunſtantium diſtantiam propter dimenſiones, quod proprium eſt corporis. Vnde Aug. *Lib 83. quæſtionũ, q. 20.* Locus in ſpatio eſt, quod longitudine, altitudine, & latitudine corporis occupatur. Dicitur etiã locale, quod loco tantùm terminatur, hoc eſt, ita eſt alicubi, quod non eſt vbiq;, quod loco tantùm terminatur, hoc eſt, ita eſt alicubi, quod nõ eſt vbique, quod etiam

Quid ſit per tẽpus mutari & locum.

Per tẽpus mutari.

Per locũ.

Quid locale.

Alio modo quid locale.

Super Lucã.c. Ego ſum Gabriel. angelo cõuenit. Vnde etiã Beda, Angelus ſpiritus circumſcriptus eſt. Súmus autẽ ſpiritus incircum-*L. de ſpiritu 1.c.6 & 10.* ſcriptus, intra que currit angelus, quocũq; mittatur. Itẽ Amb. Seraphin de loco ad locũ tranſit: nec enim omnia cõplet: Deo autem nihil horũ cõuenit. Quippe, nec diſtatiam ſui interpoſitione, facit, nec ita eſt alicubi, quòd non ſit *Aug. ad Dardanũ epiſt. 57.* vbiq;. Vbiq; enim Deũ eſſe, ſuprà probatũ eſt. Non tamẽ quaſi ſpacioſa magnitudine opinãdus eſt, per cuncta diffundi, ſicut lux iſta vel hum9, ſed potiùs ſicut in duobus ſapiẽtib9 æqualiter, quorum alter altero grãdior eſt corpore, eadẽ tamẽ ſapiẽtia, nec in maiore maior, nec in minore minor, nec in vno minor quàm in duobus: ita Deus in cælo totus, in terra totus, & in vtroq;, et vbiq; totus. Nõ igitur mutatur Deus per loca & tempora, quia nec vllis qualitatibus variatur. Nec mouetur

ob id

ob id, quòd in pluribus eſt hodie creaturis quàm heri. Quippe, in hoc non ipſe, ſed creaturæ tantùm incipiendo eſſe, vel deficiendo, mutantur.

Diſt.38. An præſcientia Dei, cauſa ſit futurorum.

Nunc repetentes ſuperiora, quæramus, Si ſcientia Dei, præſcientia, prouidentia, ſint cauſa futurorum? Quod ſi ita videtur quòd impoſſibile ſit, non euenire quæ pręſcita ſunt: Impoſſibile enī eſt, Dei præſcientiam falli. Falleretur autem, ſi præſcita non euenirent. Auguſtinus etiam dicit. *De tri. l. 15. c. 13.* Vniuerſas creaturas nō quia ſunt, ideo nouit: ſed ideo ſunt, quia nouit. Item alibi, *De tri. li. 6.* Hæc quæ creata ſunt, non ideo ſciuntur à Deo quia facta ſunt, ſed potiùs ideo facta ſunt, quia immutabiliter à Deo ſciuntur.

An ſcientia Dei ſit cauſa malorum.

Sanè ſi hoc dicitur, & malorū etiam ſcientia Dei, cauſa eſſe videtur. Cùm & ea ſciuerit, antequam fierent, quod eſt abſurdū,

Ad quod

Ad quod dicimus, Impoſſibile eſt prǽſcita non euenire. hoc eſt, nunquam aliter contigit (Ideo) autem ab Auguſtino poſitũ, non eſt cauſale, ſed conſecutiuũ, vt ſit ſenſus. Nõ quia ſunt, ideo nouit: ſed ideo ſunt, quia nouit, id eſt, nõ noticia Dei ſecuta eſt exiſtentiàm rerum: ſed exiſtentia earum, noticiá Dei. Quod ipſe declarat cũ ſequenter adiungit. Non enim neſciuit, quę fuerat creaturus: Vel de bonis, intellexit ibi Auguſt. quorum vtique Deus cauſa eſt, non de malis, quæ tantùm noticia comprehendit, quorum non eſt autor, vtpote quæ non ſunt ſua. Vnde nõ ideo quenquã ad peccãdum cogit Deus, quia futura hominũ peccata prænouit. Illorum enim præſciuit peccata non ſua.

Soluit obiecta.

Homil. 53. ſuper Iohannẽ.

Alia ſolutio.

Deus neminem cogit peccare.

Sed quia bonorum Deus eſt cauſa vt ſint, Nunquid neceſſitate bona fiunt? Si enim ita eſt, nón proficiunt, cùm omne meritum penes

An neceſſariò a

Deo creata ſint bona.

penes voluntatem conſiſtit. Et *Pſal.53.* Propheta, Voluntariè ſacrificabo tibi. Si dicimus, quia Deus bonorum eſt, vt ſint, cauſa effectiua, vel diſpoſitiua, non neceſſitatem inferens: quid id eſſet, ſi libero arbitrio extincto, bona quælibet efficeret etiam nobis inuitis.

Quòd futura non ſint cauſa ſcientiæ Dei.

Patet ergo, quomodo Dei ſcientia non ſit futurorum cauſa. Denique futura nullatenus ſunt cauſa ſcietię ipſius, cùm nec temporale æterni, nec creatura ſit cauſa creatoris. Origenes tamen dicit: Non propterea aliquid erit, quia id ſcit Deus futurum: ſed quia futurum eſt, ideo à Deo ſcitur, antequam fiat. At hoc ſic intellige, Non ſciretur à Deo futurum, niſi eſſet futurum. *Super epiſto. ad Ro.7.c.*

An præſcientia Dei falli poſſit.

Licèt autem præſcientia Dei falli non poſſit, a quibuſdam tamen oppoſitum ſic probatur. Quia poteſt aliquid non euenire,

cùm

cùm euenire ſit præſcitum, vel euenire, cùm non ſcit præſcitum, euenire. Quod ſi eſſet, falleretur Dei præſcientia. Sed quanuis ad inſtantiam multipliciter reſpondeatur: Dicimus tamen eo duntaxat modo, aliquid fuiſſe præuiſum, quo eueniret. Cæterùm hæc locutio, Impoſſibile eſt aliter euenire cùm ſit prçſcitum, præuiſum et huiuſmodi, ſecundum coniunctionem & diſiunctionem ſunt determinandæ. Si enim ita intelligas, non poteſt ſimul vtrũq; eſſe, quod Deus prçſcierit hoc ita fieri, & aliter fiat, verũ eſt. Quod ſi ita dicis, hoc non poteſt aliter fieri, quàm ſic, ſicut antè Deus fieri præſciuit, falſum eſt. Solutio.

Similiter quæritur, Vtrùm ſcientia Dei poſſit augeri vel minui? Quod ita probari videtur, quia poſſet facere, quod nunquam facturus eſſet: & illud ſi faceret, ſciret. Item poſſet Deus non facere, quod Diſt. 39 An Dei ſcientia poſſit augeri vel minui.

quod facturus eſt: quod ſi nũq̃ faceret, etiam non ſciret.

Solutio. Dicimus autem, quòd ſcientia Dei quæ eſſentia diuina eſt, cùm non ſit ibi aliud eſſe, quàm ſapere, nec augeri poteſt nec minui: ſcita tamẽ augeri poſſunt & minui, ſine mutatione ſcientię Dei. *Ex Aug li. 15. de Trini. c. 13. et 14.*

Solutionis ratio. Ratio autem quare non poſſit augeri vel minui, hæc eſt: Quia tunc demũ augeretur vel minueretur ſcientia Dei, ſi inciperet aliquid ſcire vel neſcire De⁹, quod impoſſibile eſt.

Obiectio. Sanè à quibuſdam dicitur, Si Deus poteſt aliquid ſcire, quod nunquam ſciuit, poteſt aliquid incipere ſcire.

Reſponſ. Dicimus autem hoc non ſequi, & illud non recipiendum abſque coniunctionis diſiunctioniſque diuiſione, velut ſi dicas. Poteſt ſcire quod nunquam ſciuit, hoc eſt, ita modò ſcire hoc, quod nunquam ſcierit, illud falſum eſt. Quaſi vtrumq; ſimul eſſe poſſit. Quod ſi diſiun-

ſi diſiunctim dicas, hoc modò poteſt ſcire Deus, hoc tamen de illo eſt, quòd nũquam ſciuit, verè proponitur. Omnium ergo tam præſentium quàm præteritorum & futurorum, Deus ſcientiã habet. Nec moueat quod Hierony. dicit, Abſurdum eſſet ad hoc deducere Dei maieſtatem, vt per momenta ſingula ſciat, quot culices naſcãtur, quótve moriãtur, quota etiam pulicum vel muſcarum ſit multitudo. Hoc enim dixit, nõ hoc à ſciẽtia Dei remouẽs, ſed nos, ne eandẽ rationabilium & irrationabilium prouidẽtiam Dei eſſe putemus, admonens.

In expoſitione Habacuc

Denique de prædeſtinatione aliquid dicendum eſt. Prædeſtinatio igitur eſt gratiæ præparatio, quæ ſine præſcientia eſſe non poteſt. Et eſt ſaluandorũ tantùm, diciturq; electio. Pręſciẽtia verò, ſine prædeſtatione eſt de damnandis, & dicitur reprobatio. Diſt 40

Aug. l. de prædeſtinatione ſanctorũ.

De prædeſtinatione & reprobatione.

Deinde

An damnari prædeſtinat', vel ſaluari poſſit reprobat'?

Deinde quæritur, An prædeſtinatus poſſit dãnari, vel reprobatus poſſit ſaluari? Non. Quia nec augeri nec minui poteſt numerus electorũ. Vnde Aug. ſuper illud Apoc. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Si alius nõ ſit accepturꝰ, niſi iſte perdiderit, certus eſt electorum numerus, id eſt, nõ poteſt augeri nec minui. Sed obijcitur, Oĩs ſalus ex gratia eſt, et quod gratìs datur, poſſet non dari: Quod ſi fieret, numerus electorum minueretur. Item: Vnicuique gratia ad promerendum poteſt dari, & vſque in finem ſeruari: quod ſi fieret, numerus electorum augeretur: Sed hoc impoſſibile eſt, quare & illud. Non ſequitur. Imò prudenter aduerte, in huiuſmodi obiectionibus, antecedens frequenter eſſe poſſibile, conſequens impoſſibile. Verbi gratia. Si modò ſcit Deus quod nunquam ſciuit, pro- Apoc.3.

cul dubio incipit ex tempore aliquid ſcire. Denique antecedẽs poſſibile eſt, conſequens nequaquam. Sic de prouidẽtia & ſimilibus reperies.

Porrò ratio plana eſt, quare non poteſt augeri vel minui electorum numerus. Quia tunc demum augeretur, ſi quis modò inciperet prædeſtinari. Tunc verò demum minueretur, ſi quis tunc demum inciperet reprobari. Hoc autem vtrumque impoſſibile eſt Deo. Hæ tamen locutiones ſecundum coniunctionis ſenſum, & diſiunctionis reperiuntur. Vt impoſſibile eſt prædeſtinatum damnari, hoc eſt, hoc vtrũque ſimul eſſe, quòd prędeſtinatus ſit & damnetur, verum eſt. Quod ſi dicas: Impoſſibile eſt hunc damnari: hic autem de prędeſtinatis eſt, falſum eſt, De ſimilibus idem eſt iudicium.

Præterea, Prędeſtinatio circa duo

Prædeſtinatio circa duo.

duo conſideratur. Gratiã.ſ. qua nũc iuſtificamur, & gloriam qua beatificamur. Ita & reprobatio circa duo, quorum alterũ pręſcit Deus, & non præparat. ſ. iniquitatẽ: alterum verò etiam pręparat .ſ. pœnã æternã. Vnde Aug. Prædeſtinatio propriè eſt beneficiorum Dei præparatio: ita Reprobatio Dei, eſt pręſcientia malitiæ, in quibuſdã nõ finiẽdę & pręparatio pœnę nõ terminãdę. Sicut autẽ prędeſtinationis effect⁹ eſt miſeratio, ita reprobationis induratio. Vnde Apo. Cui vult miſeretur, et quẽ vult indurat. Miſerationẽ dicens, gratiæ appoſitionem. Indurationẽ verò, eiuſdem gratiæ priuationẽ. Aug. ad Sixtum. Indurat autẽ Deus nõ impartiendo maliciã, ſed ſubtrahẽdo gratiam. Vnde Aug. Sicut reprobatio Dei eſt nolle miſereri, ita obduratio eſt nolle miſereri, vt non ab illo irrogetur quo ſit homo deterior,

Reprobatio circa duo.

In lib. de bono perſeuerantiæ c. 14.

Effectus prædeſtinationis & item reprobationis.

Rom. 9.

Epiſtola 105.

Li. 1. ad Simpli.

ſed tantùm quo ſit melior non erogetur.

Dist 41. An prædeſtinatio & reprobatio ſint ex meritis noſtris?

Deniq; miſericordię Dei nullũ eſt meritum, ne gratia euacuetur, ſi non gratis datur, ſed meritis redditur. Indurationis autẽ meritum eſt peccatũ. Vnde Aug. Miſeretur ſecundũ gratiã, quæ gratis datur. Indurat autem ſecundũ iudiciũ quod meritis redditur. Cæterùm, electionis & reprobationis æternæ nullum eſt meritum, quod in duobus, Iacob. ſ. electo, et Eſau reprobato, Apoſtolus dicit apertè. Quia non ex operibus, ſed ex vocante, cùm nondum nati eſſent, dictum eſt, maior ſeruiet minori. Prædictis ſanè Augu. videtur contradicere, dicens. Cui vult miſeretur, & quem vult indurat. Sed hæc voluntas Dei iniuſta eſſe non poteſt: Venit enim de occultiſſimis meritis. Quia et ipſi peccatores cùm propter generale peccatũ vnã maſſam fecerint, non tamen

Lib. ad Simpl. 1.

Rom. 9.

Mala. 1.

Rom. 9.

Lib. 83. quæſt. q. 68.

tamen nulla inter eos eſt diuerſitas. Præcedit ergo aliquid in peccatoribus, quo quanuis nondum ſint iuſtificati, digni efficiãtur iuſtificatione: Et item præcedit in alijs peccatoribus, quo digni ſunt obtuſione. Sed dicimus, hoc eum retractaſſe, quando et illud retractauit. Fidem elegit Deus in præſcientia: ſciens etiam ipſam fidem inter munera Dei reperiri, quod priùs non ſcierat. Quòd ſi hoc non retractauit, prærogata venia, dicere audemus. Occultiſſima merita illũ forſan appellaſſe, alta profundaq; iudicia Dei quæ vnicuiq; antequam ſit, Dei odiũ merentur, vel dilectioné. Quomodo dicere ſolemus, Mortem Chriſti etiam nondum natis profuiſſe, meruiſſeque ſalutem. Quibus autem merentur odium, ſunt ęquiſſima Dei iudicia, à noſtris ſenſibus remota. Quibus verò dilectionem, ſunt ſola gratia. Vnde

Lib. retractat. 1. c. 23.

Expoſitio verborũ Auguſt.

Hierony. Deus non iniquè egit, Eſau ſpótaneè odio habito: nec Iacob ſine meriti gratia dilecto, quia non ſine quodam occultiſſimo merito, quod ipſi Eſau meruit Dei odium, & Iacob dilectionem, ipſis vtique non merentibus, quia nondũ natis. Quæ duo ſtatim ſunt in peccatoribus, quorũ altero .ſ. dilectione, digni ſunt iuſtificatione, nondum iuſtificati: altero .ſ. odio, digni ſunt obtuſione, nondum obtuſi. Si ſic bene dicitur, laudamus Deum. Si quo minus Auguſtinum nos hîc non aſſequi, non cõfundimur cõfiteri.

Duo ſtatim ſunt in peccatoribus: Dilectio & odiũ.

Sciendum ſanè, quòd prædeſtinatio, ſciẽtia, electio, præſcientia, reprobatio ab æterno tantùm: Miſeratio, iuſtificatio, obtuſio, induratio, ex tempore tantùm, Dilectio verò Dei & odium nec ab æterno, nec ex tempore ſignificant. Deni?; ſciẽdũ eſt, quòd nõ ſicut prædeſtinatio eſt cauſa boni,

Diſcrimẽ inter prædeſt.

ita &

ita et reprobatio eſt cauſa mali, vt fiat. Pręſciētia enī eſt multis cauſa ſtādi: nemini autē cauſa labendi.

Deū ſemper ſcire quę ſemel ſcit.

Quia verò præſcientia Dei tantùm de futuris eſt, ex quo ea futura eſſe deſinunt, etiam Deus ea præſcire deſinit. Quod ad defectum præſcientiæ Dei non pertinet, ſed potiùs ad defectum vel mutationē rerum de quibus eſt. Multa ergo præſciuit olim, quæ non præſcit modò. Omnia enim quæ olim ſciuit, vel in futuro ſciet, modò eum ſcire firmiſſimè credendum eſt. Ad hoc tamen ſic obijcitur: Si quæcunquæ ſciuit & ſciet, modò etiam ſcit, ergo ſcit Chriſtum naſciturum, & Antichriſtū viuere, cùm illud ſciuit, et hoc ſciet. Sed dicim⁹, quia idem prorſus de natiuitate huius & vita. Antichriſti ſcit modò Deus, quod ſciuit aut ſciet. Mutatio ſanè tēporū, ſcientiā Dei, circa hæc diuerſis cogit exprimere

Obiectio.

Reſpōſio.

verbis, Sicut in ſimili apparet. Eandē enim diem, propter mutata tempora ſignificamus dicētes, cras, hodie, heri. Sicut etiam eadem fides ab antiquis, & modernis patribus habita, varijs locutionibus, pro mutatione temporum pronunciatur. Quē enim ipſi venturum, nos veniſſe confitemur, ſed fides eſt eadem. Vnde Aug. Tempora variata ſunt, & ideo verba mutata, nō fides. Vel inſtantiam dicimus nō probè inferri. Deus ſciuit hūc naſciturum, ergo ſcit modò hūc naſciturum, quia non eidem tempori conſignificat naſciturum: Sic ergo inferat. Ergo ſcit modò Deus, aliquando hunc fuiſſe naſciturum, de ſimilibus iudicium idem. Aliter reſpōdet.

Nunc de omnipotentia Dei videamus, quæ circa duo conſideratur, ſcilicet quòd omnia facit quæ vult, et nihil omnino patitur quod non vult. Scriptura enim dicit: Diſt 42. De omnipotentia Dei.

dicit. Omnia quæcunque voluit, *Pſal.113.*
fecit. Auguſt. etiam. Nõ ob aliud *In enchi-*
vocatur veraciter omnipotens, *rid.c.69*
niſi quoniam quicquid vult poteſt, nec voluntate creaturæ cuiuſquam, voluntatis omnipotentis effectus impeditur. Idẽ. Om- *In l.de*
nipotens eſt, non quòd omnia fa- *ſpiritu*
cere, ſed quòd poteſt efficere *& litera*
quicquid vult. Non poteſt facere *c.5.3.*
peccatum, nec mentiri & huiuſ- *& vlt.*
modi, quia hæc poſſe magìs ad impotentiam pertinet. Indè Au- *De tri.l.*
guſtinus dicit. Magna Dei potẽ- *15.4.c.*
tia eſt, non poſſe mentiri. Similiter non pati poteſt quod nõ vult, quia nec poteſt falli, miſer fieri, & huiuſmodi, quia hæc poſſe, impotentiæ eſt. Denique ambulare, comedere, & huiuſmodi, nõ adeò ſunt penitus aliena. Licèt enim eſſentiæ diuinæ hæc minimè conueniãt, in creaturis Deus tamen operatur ea. Cæterũ caue, qualiter prædictum Auguſtini

 verbum,

verbum, ſcilicet poteſt efficere quicquid vult, intelligas. Si enim dixeris quicquid vult, ſcilicet facere, vel ſe poſſe facere, poterit hoc modo angelus, vel quilibet beatorum dici omnipotens, cùm nihil velit facere, niſi quod facit & vult: nec poſſe, niſi quod poteſt. Vt ergo ſoli Deo conueniat, dic. Poteſt efficere quicquid vult .ſ. fieri, vtique vel per ſe, ſicut cælum & terram: vel per creaturam, vt bona opera, & artificialia, quod nemo ſanctorum poterit aut potuit.

Sciendum autem Deum plura poſſe quàm velle. Vnde. An putas quia non poſſum rogare patrē meū, & exhibebit mihi modò pluſquã duodecim legiones angelorum? Vbi liquidò patet, & filium potuiſſe rogare, quod non rogauit: & patrē exhibere, quod non exhibuit. Auguſtinus etiam dicit. Omnipotentis voluntas, multa

Dist. 43 — *Quid plura poſſit Deus quã velit.*

Mat. 26

In enchi. cap. 95.

multa poteſt facere, quæ nec vult nec facit. Potuit enim, vt duodecim legiones pugnarent contra illos qui Chriſtũ cæperunt. Item quod nunc piorum fides habet, *In eod.* tunc in ſapientiæ luce clariſſima videbitur, quàm certa & immutabilis ſit Dei voluntas, quæ multa poſſit, & non velit: nihil autem velit, quod non poſſit. Itẽ dicimus. Suſcitauit lazarum *Lib. de natura et gratia cap. 7.* in corpore, nunquid non potuit Iudam ſuſcitare in mente? Potuit quidem ſed noluit.

Ponit aliã opinionẽ & refutat. Cæterùm contra hanc veritatem ſic manifeſtam, quidam Dei potentiam ad menſuram artare conãtur dicentes. Deum non aliud poſſe facere, q̃ quod facit: nec de his quę facit, prætermittere aliqd hoc modo. Non poteſt De⁹ facere, niſi quod eſt bonũ & iuſtũ fieri. Nõ eſt autẽ iuſtũ et bonũ fieri ab eo, niſi quod facit. Aliter: Nõ poteſt facere, niſi quod iuſtitia

eius exigit. At nõ exigit eius iuſtitia, vt faciat, niſi quod facit. Non ergo poteſt facere niſi quod facit. Eademq́ue iuſtitia exigit, vt id non faciat, quod nõ facit: Non autem poteſt facere contra iuſtitiam ſuam. Non igitur eorum aliquid poteſt facere quæ dimittit. Sanè multiplicia ſunt hæc, vt nõ poteſt De⁹ facere, niſi quod bonũ eſt & iuſtum fieri, hoc eſt, non poteſt facere niſi illud, quod ſi faceret, bonum & iuſtum eſſet eum facere, verum eſt. Sed ſi ita dixerit, non poteſt facere niſi quod facit, quod vtique bonum & iuſtum eſt eum facere, falſum eſt. Aliam etiam propoſitionem (licèt exactionis verbum in Deo ſuſpicione non careat) ſic diuidimus. Non poteſt facere, niſi quod ſua iuſtitia exigit, vt faciat, id eſt, niſi illud quod ſi fieret, iuſtitiæ eius conueniret, verum eſt. Sed ſi ita: Non poteſt facere, niſi quod

Reſpõdet obiectionibus.

quod facit, quod vtique ſuæ iuſtitiæ conuenit, falſum. De ſimilibus idem.

Alia impugnatio. Item Dicunt, Nõ poteſt Deus facere niſi quod debet: nõ autem debet facere, niſi quod facit. Sed

Solutio. dicimus, quia, debet, inciuiliter de Deo dicitur, quia nihil omnino nobis debet, niſi ex promiſſo. Quod autem promiſit, omnino nõ fuit neceſſitatis, ſed gratiæ. Secũdũ hæc ergo diuide: Vt nõ poteſt facere, niſi quod debet, hoc eſt, niſi quod promiſit, falſum eſt. Ita verò: Non poteſt facere niſi illud, quod ſi faceret, iuſtitiæ ſuæ conueniret, verum eſt.

Alia impugnatio. Addunt etiam, Nõ poteſt facere vel dimittere, niſi quod ratio eſt eum facere vel dimittere. Hoc autem ſolum eſt, quod facit vel dimittit. Sed & hoc diuide ad inſtar ſuperiorum, vt,

Solutio. non poteſt facere vel dimittere, niſi illud, quod ſi faceret vel dimitteret

mitteret, ratio eſſet eũ facere vel dimittere, hoc eſt, quæcũque non ſunt ſubiecta volũtati ei⁹, ſunt de numero nõ volitorũ, verũ eſt. Sin verò non poteſt facere vel dimittere, niſi quod facit vel dimittit, quod vtiq; ratio eſt, eũ facere vel dimittere, falſum. Cęterũ breuiter admoneamur, Omnia huiuſmodi dubia reſoluta, cõditionaliter eſſe vera: ſimpliciter verò falſa. **Pulchra cautela.**

Sanè laborioſi magìs q̃uã fructuoſi, adhuc inquiunt: Si poteſt Deus aliud facere quàm facit, poteſt igitur facere quod non præſciuit. Quod ſi eſt, poteſt ſine pręſcientia operari, quod eſt abſurdum. Hoc ſanè iuxta modum coniuncti & diſiũcti ſuprà determinatũ innotuit, vt ſine pręſcientia operari poteſt, id eſt, poteſt operari illud quod non pręſciuit, verum. Sin autem, ſine præſcientia, id eſt, ſic poteſt aliquid operari, quod illud non præſcierit, & illud **Aliud dubium.** **Diſſutio.**

illud faciat, falſum.

Obiectio ex dictis Auguſt. Autoritate etiam Auguſtini abutuntur, qui ait. Hoc ſolũ non poteſt Deus, quod non vult: per quod videtur non poſſe facere aliquid, niſi quod vult. Nõ autem vult, niſi quod facit: et ita videtur nõ poſſe, niſi quod facit. *In lib. 1. de ſymb. cap. 1.*

Solutio. Sed hoc ita dictum ſciãt, quaſi de ſolis illis quæ nõ vult Deus, ſit ſermo, non de omnibus. Perinde ac ſi dixiſſet Aug. Quicquid De⁹ nõ poteſt, nõ vult. Ex quo non ſequitur, ergo quicquid nõ vult, nõ poteſt. Velut ſi dicamus, Hoc ſolum quod non eſt animal, nõ eſt homo. Nõ tamẽ, quicquid nõ eſt homo, non eſt animal. Vel hoc ſimplici⁹ dicim⁹, hoc ſolũ nõ poteſt, quod non vult, hoc eſt, nihil inuitus facit. i. quæcũq; nõ ſũt ſubiecta volũtati eius, ſũt de numero nõ volitorũ, verũ eſt. Vnde Aug. Nõ cogeris inuit⁹ ad aliquid, quia volũtas tua nõ eſt maior quã potẽtia. Quod *Li. 7. cõfeſſionũ ca. 4.*

intellige

intellige verum ſecundum ſubſiſtens, non ſecundum ſubiecta potentiæ, & voluntatis.

Dicunt etiam illi, Deũ nõ poſſe meliora facere, quàm ea quæ facit. Quia ſi poſſet, et non faceret, inuidus eſſet. In quo abutuntur eo quod Auguſtinus dicit. Deus, quẽ genuit, debuit generare ęqualem. Si enim voluit & non potuit, infirmus eſt. Si potuit & noluit, inuidus eſt. Sanè benedixit, quia cùm de ſubſtantia ſua generaret, neque meliorem ſe, neque minùs bonum generare potuit. Alia verò quæ aliunde facit, meliora facere potuit, & minùs bona. Vnde Auguſt. Talem potuit Deus hominem feciſſe, quòd nec peccare poſſet, nec vellet: quod ſi eſſet, quis dubitet eum meliorem fuiſſe? Denique ſi quęritur, an alio modo vel meliori poſſit Deus meliora facere quàm faciat? Dicimus, ſi modus referatur ad Deũ, quaſi

Diſt 44
An poſſit Deus facere meliora quã facit?

Lib. 85. quæſt. q. 50.

Pulchra ſolutio.

Aug. ſuper Gen. ad lit. li. 11. c. 7.

Quæſtio.

Reſponſ.

quaſi alia, vel meliori ſapientia, facere poſſit, negandum. Si verò ad creata ipſa referatur, quaſi alia vel meliora facere poſſit, concedendum vtique, ſicut prædictum eſt. Vnde Aug. Fuerat alius modus noſtræ liberationis poſſibilis Deo, ſed nullus noſtræ miſeriȩ ſanandæ conuenientior. *De Tri. lib. 13. ca. 10.*

An Deus nunc poteſt quicquid potuit olim?

Pręterea quęritur, Vtrùm modò poſſit, quicquid olim potuit? Quod non videtur. Quia potuit olim mori & reſurgere, quod modò nó poteſt. Vbi dicendum eſt, quod ſuprà de ſciétia dixim⁹: ſcilicet, Quod modò poteſt olim mortuus eſſe & reſurrexiſſe: cogunt enim tempora mutata mutare ſermonem, eodem penitus remanente ſenſu. Fatemur igitur Deum ſemper poſſe quicquid ſemel potuit, hoc eſt, omnem habere potentiam, quam ſemel habuit: Non tamen ſemper poſſe facere, quod aliquando potuit.

Sicut omnem habet ſcientiam & voluntaté,quam vnquam habuit, nó tamé omnia ſcit modò eſſe & vult,quę olim ſciuit eſſe et voluit.

Nunc de volūtate Dei aliquid dicendum eſt. Sciendum itaque quòd velle ſecundum eſſentiam de Deo dicitur, cui idem eſt eſſe voletem,quod eſſe Deū.Nec volūtas in Deo eſt affect' vel motus ſicut in creatura, ſed diuina vſia dūtaxat.Nó tamé quicquid Deus vult,ipſum eſt,ſicut cùm idem ſit Deo eſſe quod ſcire, non tamen eſt Deus,quæcunque ſcit. Diſt 45 De volūtate Dei.

Intellige tamen harū locutionum ſenſum: Deus vult,& ſcit,& eſt volens & ſciens,hoc eſt,Deus eſt cuius eſſentia ſua voluntas eſt, & ſcientia. Item,Deus ſcit omnia,id eſt,Deus eſt cuius ſciētiæ,quæ ipſius eſſentia eſt, omnia ſunt ſubiecta, ſicut, Deus vult hoc, aut illud, hoc eſt, Deus eſt cuius voluntati,quæ ſua eſſen- Quis ſenſus cum dicitur Deus ſcit, De' vult.

tia eſt,hoc aut illud ſubiectú eſt.

Voluntas Dei omnnú creaturarú eſt prima cauſa.

Hæc igitur ſummè bona voluntas,omnium eſt cauſa quæ naturaliter fuerunt,ſunt, & futura ſunt.Ipſius autem nulla cauſa eſt. Vnde Aug.Volútas Dei,prima et ſumma cauſa eſt omniú ſpecierú et motionú. Vbi enim nó operatur,quod vult Dei ſapiētia,quę attígit à fine vſq; ad finé, fortiter et ſuauiter diſponens omnia ? Ipſa itaq; prima cauſa eſt ſanitatis,ęgritudinis,prēmiorú, pœnarú, gratiarum,retributionú,& omnium denique mirabilium, & quæ ſine admiratione vt antiqua miracula mirabiliter contingunt. *De tri.l. 3.cap.4. Sapientiæ 8.*

Voluntas Dei quid ſit.

Hęc autē propriè volútas Dei dicitur: Quę cùm ſit diuina vſia, immutabilis eſt, & inexpleta eſſe nó poteſt.Vnde.Omnia quęcúq; voluit domin⁹fecit. Et Apoſtol⁹. Voluntati eius quis reſiſtet?Quę beneplacitum Dei rectè dicitur. *Pſal.113 Rom.9.*

Quòd plura voluntas Dei dicuntur.

Cæterum, plura ſunt quorum

quodq́ue non ſecũdum proprietatem, ſed ſecundum ſchemata dicendi, Voluntas Dei, dicuntur, vt præceptio, prohibitio, cõſiliũ, permiſſio, & operatio Dei: Secũdum hoc propheta dicit pluraliter.
*Pſal.*110 Magna opera domini & exquiſita in omnes volũtates eius. Ita quoque propter multos effectus miſericordiæ & iuſticiæ Dei. cùm tantùm ſit vna, quæ diuina eſt vſia, pluraliter dicitur. Miſericordias domini inæternũ can-
*Pſal.*88. tabo. Et alibi. Iuſtitiæ domini
*Pſal.*18. rectè. Præceptio igitur, prohibitio, & conſilium, voluntates Dei dicuntur, quia ſunt ſigna diuinæ voluntatis, vt iudicium futurum & Dei flagellum, ira Dei dicuntur, quia ſigna iræ ſunt, cùm tamẽ ira in Deum non cadat. Denique hoc modo poteſt accipi voluntas, ibi. Fiat voluntas tua ſicut
*Matt.*6. in cælo & in terra. Et ibi: Qui facit voluntatem patris mei qui in cælis

in cælis eſt, ipſe meus frater, ſoror, & mater eſt. Hæc autem mutabilis eſt, & ſæpe inexpleta. Multis quippe Deus præcipit quæ non faciunt, prohibet quæ non cauent, conſulit quæ non curant. Indè Auguſtinus. Infideles contra voluntatem Dei faciunt, dũ eius euãgelio nõ credũt. *Mat. 12.* *In li. de ſpiritu et lit. c. 33.*

Deus nõ ſemper vult fieri quod præcipit, nec ſemper caueri.

Quinimò ipſe Deus non vult ſemper fieri quod præcipit. Non enim voluit immolari Iſaac quod præceperat, ſed Abrahæ fidẽ probare dũtaxat: Sic nec ſẽper caueri vult quod prohibet. Sano enim facto dixit, Ne cuiquam diceret, non eum tacere volens, ſed magìs formam dare, laudem propriam declinare. *Gen. 22.* *Marc. 1.*

Diſt 46 De permiſſione dei et operatione.

Permiſſio quoque & operatio, voluntas Dei dicuntur. Sic Auguſtinus ait, Non fit aliquid, niſi quod omnipotens fieri velit: vel ſinẽdo vt fiat, ſicut mala: vel ipſe faciendo, vt bona. Quæ ideo *In enchi.*

 volunta-

voluntates Dei dicũtur, quia ſinit. Deus autem mala fieri ſinit, volẽs de illis educere bonũ. Operatur autem bona, ſicut quæ vult eſſe.

Sed non videtur voluntas Dei compleri ſemper, cùm Apoſtolus dicat, Deus vult omnes homines ſaluos fieri: nec fiunt omnes ſalui, nolẽtes facere vnde ſaluãtur. Itẽ dominus dicit, impiã ciuitatẽ cõpellans. Quoties volui congregare filios tuos, ſicut gallina congregat pullos ſuos, & noluiſti? quaſi qua nolente, Dei voluntas non ſit expleta. Verùm illud Apoſt. non ſic eſt intelligẽdum: qùod nullus ſit hominũ, niſi quẽ ſaluũ fieri velit: Sed qùod null9 ſaluus fiat, niſi quẽ velit ſaluari. Sic et illud intellige. Illuminat Deus omnẽ hominẽ veniẽtem in hunc mũdũ, nõ qùia nullus hominũ eſt, qui non illuminetur, ſed quia niſi ab ipſo nullus illuminatur. Illud autem euangelij non ſic intelligitur,

Rom.9. *1.Tim.2.* *Mat.23.* *Iohan.1.*

An volũtas Dei cõpleatur ſemper?

tur, quaſi tua voluntas meam voluntatem impediſſet: Sed quia tot quot congregaui voluntate mea ſemper efficaci, te nolente feci. *Mat. 23.*

An Deus velit mala eſſe. Quæritur autem. Vtrum Deus velit mala eſſe? Quod quibuſdam videtur, illud ſic probantibus. Deus aut vult mala fieri aut non fieri. Si vult non fieri, non fiunt. Nihil enim eius voluntati reſiſtit: fiunt autem. Vult igitur mala fieri. Aliter: Omne quod bonum eſt, vult Deus. At mala eſſe, bonum eſt. Vnde Aug. *In ench. cap. 96.* Non ſolùm bona, ſed etiam vt ſint mala, bonum eſt. Nam niſi eſſet hoc bonum, vt eſſent etiam mala, nullo modo eſſe ſinerentur ab omnipotenti bono. Quibus alij reſpondent, nõ eſſe ſic dicendum: Deum velle fieri mala, vel velle non fieri, ſed tantũ nõ velle fieri mala. Si autẽ quod de Aug. proponunt, ſcilicet mala fieri bonum eſſe, dicunt bonum ibi pro

vtili poſitũ, qualiter etiã Hiero. ait. Malum Iudę bonũ fuit bonis, quib⁹ ſcilicet vtilitas de illo peruenit ſalutis. Deus enim bona de
In enchi. c.72. malis producit. Vnde Aug. meliùs iudicauit Deus de malis bona facere, quàm mala nulla eſſe permittere: Sic igitur mala eſſe bonũ eſt, hoc eſt, vtile. His tamẽ duntaxat, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti: Talibus
Rom. 8. enim (vt ait Apoſtolus) omnia cooperãtur in bonũ, etiam mala: quæ ſi eueniant, in bonum proficiũt, quia humiliores poſt lapſum redeunt & cautiores exiſtunt, vtì Petrus. Mala etiã ab iniquis illata, eis proſunt ad emendanda peccata, & exercendam ſeruandamq; iuſticiam, vtì Iob Dei manum, & Apoſtolus ſathanę ſtimulũ ſenſit, & vterque profecit, quia malum bene portauit. Denique non vult Deus mala fieri: quia ſi hoc eſt, etiã Deus autor malorũ eſt, cùm

eius

eius voluntas ſit autoritas. Vnde Aug. Illo autore cùm dicitur, Illo volente dicitur. Euãgeliſta etiam profitens Deum autorem bonorum ait, Omnia per ipſum facta ſunt. Quod remouens à malis addit, Sine ipſo factũ eſt nihil, hoc eſt, peccatum. Non autẽ dixit, eo nolente, vel volẽte, vel inuito, ſed ſine ipſo, id eſt, ſine ei⁹ autoritate. Itẽ non eſt Deus cauſa, qua homo ſit deterior, quod eſſet ſi vellet mala fieri, quibus homo deterior eſt. At bonorũ cauſa tantũ De⁹ eſt.

Lib. 83. quæſt. q. 3.
Iohan. 1.
Li. eod. q. 4.

Diſt 47

Quòd Dei voluntas ſemper de nobis vel à nobis impletur.

Sciendũ etiã quòd ſempiterna Dei voluntas ſemper de eo quod agimus adimpletur. Vnde Aug. Illa volũtas ſemper impletur, aut de nobis, aut à nobis. De nobis impletur, ſed tamen non implemus eam, quando peccamus. A nobis impletur quando bonum agimus. Ideo enim facimus, quia Deo placere ſcimus. Igitur nihil facit homo, de quo Deus nõ ope-

In enchi. c. 106. et ſequen.

 retur,

retur, quod vult. Quippe ſi peccauerit pœnitenti vult parcere vt viuat: Impœnitentem punire, vt iuſticiæ potẽtiam contumax non euadat. Et ita per eandem creaturæ voluntatẽ, qua factũ eſt, quod creator non voluit, implet ipſe quod vult, bene vtens etiam malis. Hoc enim ipſo quod contra eius voluntatem fecit, de ipſa facta eſt voluntas eius. Sanè vt pro his errori locus non pateat: dictum ſuprà voluntatis diſtinctionem recolas, vt ſit dicere. Per hoc quod creatura contra Dei præceptum fecit, de ipſa, facta, hoc eſt, impleta eſt eius voluntas æterna, qua eam damnare volebat. Vnde Gregorius ſuper Iob apertè ait. Multi voluntatem Dei peragunt, vnde mutare contendunt, & conſilio eius reſiſtentes obſequuntur, quia hoc eius diſpoſitioni militat quod per humanum ſtudium reſultat. Sciendum

Creaturæ volũtate ſemper fit Dei volunats.

Inquirit ſenſus ſuperiorum verborũ.

Lib.6. moraliũ ca.11. ſuper illud Iob.5. quæ cõprehẽdit ſap.

Deus nõ ſemper præcepta fieri vult.

dum etiam quòd omnibus præcipit facienda, & prohibet vitanda: licèt non à ſingulis ita fieri velit: ideo vt iuſtitiam ſuam omnibus oſtendat, et ita boni per obedientiam, gloriam: mali verò inexcuſabiles per contumaciam, ſortiantur pœnam. Multa denique in vtroque teſtamento perſonaliter præcepit, atque vetuit, non quòd ita fieri vellet, ſed tacita ratione, quam diligens & pius lector ſuis quibuſque locis Deo aperiente inueniet.

Diſt. 48

Aliquando homo bona voluntate aliud vult quã Deus.

Poſtremò admonendi ſumus, quòd aliquando bona eſt voluntas hominis nolẽtis id fieri quod Deus vult, fine tamen pietatis. Vnde Auguſt. loquens de apoſtolo ait. Bonæ apparebant voluntates piorum fidelium, qui nolebãt Apoſt. Paulũ, Hieruſalem pergere, ne ibi mala quæ Agabus Propheta prædixerat, pateretur, et tamẽ Deus hoc illum pati

In ench. c. 101.

Act. 21.

volebat,

volebat. Aliquando etiam mala eſt voluntas hominis, idẽ volẽtis quod Deus, hoc eſt, vtiq; propter finẽ impietatis: velut, idem voluerunt Iudæi quod Deus, ſcilicet Chriſtũ occidi. Dei tamen in hoc fuit bona volũtas, quia hoc piè volebat: Illorũ verò mala, qa impiè.

Notãdum autem eſt hîc, quòd tantùm volebat Deus Chriſtum occidi à Iudęis: Non autem quòd Iudæi occiderẽt eum, ſicut Chriſtus voluit quod prædixerat, impleri à Petro: Non autem voluit Petrum implere illud, alioquin voluiſſet ſe Petrum negare.

Illud etiam nõ indiſtinctè intelligẽdũ eſt, ſcilicet voluit Deus occidi Chriſtum à Iudæis, id eſt, mortẽ à Iudęis illatã eũ pati, verũ eſt. Si autẽ voluit occidi à Iudæis, hoc eſt, vt Iudæi occiderent eum, falſum eſt. Vel vt meliùs videtur, dicendum eſt, Deum voluiſſe dominum occidi, & non ab aliquo,

vel ab

vel ab aliquibus, licèt ſine illis hoc fieri ſit impoſſibile. Sicut vult aliquem pœnitere, nec vult illum omnino peccaſſe, tametſi hoc ſine illo eſſe non poſſit.

Si autem quæritur, vtrùm ſanctis placere debuit Christú pati? Dicimus vtique, reſpectu liberationis hominis: Sed nequaq̃ reſpectu ſui cruciatus. Quẽ etiã quidã eorum abhorreſcens, pietate non ambiguitate, quaſi dubitãdo quæſiuit. Tu es qui venturus es, an alium exſpectamus? *Mat. 11.*

Item quæritur, Si paſſio ſanctorum martyrum nobis placere debeat? Et dicimus, vtique, reſpectu coronæ percipiendæ ſibi paratæ. Eandem tamen nolle dignè poſſumus, qui eos declinare paſſionem, & effugere manus iniquorum cõpaſſionè pietatis optamus. Piè ergo velle atque nolle poſſumus ſanctorum paſſiones. Vnde pium eſt flere Martinum, & pium

BANDINI

Theologi doctiſs. ac peruetuſti, *De mūdi creatione et hominis lapſu,* liber: Qui eſt ſententiarum ſecundus.

Περιοχή.

POſtquam primo libro Dei vim ac naturam breuiter & (quantum perſpici ac tradi ea ab homine poteſt) clarè expoſuit Bandinus, ſecundo hoc libro aptiſsima methodo ſuam inquiſitionem transfert ad res à Deo conditas: ac primùm quidem præmiſſa de rerū principijs diſceptatiuncula, angelorum tradit creationem, naturam, ſtatum, lapſum, ordines ac miniſteria: Deinde mūdi creatione (quæ ſex dierū opere completa et diſtincta eſt) explicata, ſpecialem de homine tractatum aggreditur, docens eum ad Dei ſimilitudinem formatū, in paradiſum trāſlatum, et hîc à muliere inuidia diaboli ſeductum. Poſtremò occaſione lapſus Adæ multa, de libero arbitrio, de gratia, de peccato tum originali tum actuali, alijſq́; peccatorū varietatibus, de ſeptem capitalibus vitijs, de peccato in ſpiritum ſanctum, de venialibus peccatis doctiſsimè Bandinus proſequitur.

Vnū eſſe rerum principiū nō plura.

QVæ ad myſterium diuinæ vnitatis,atq; trinitatis pertinere noſcútur,quãtũ breuitatis vtilitas patitur,hactenꝰ executi ſumꝰ: Nũc ad conſideratione̅ creaturarũ pergamꝰ. Scriptura igitur digito Dei ædita in initio ſui, Deum omnium quæ naturaliter ſunt, præter ſeipſum creatore̅ eſſe inſinuans,ait.In principio creauit Deus cælum & terram. Dicendo aute̅ in principio)& nõ(in principijs)dice̅do etiã Deus)&(creauit)philoſophorũ elidit ſtulticiã, nõ vnũ tãtùm,vt hìc docetur,ſed plura principia rerũ, ſine principio eſſe arbitrãtium.Plato namq; eſſe tria cogitauit. Deum ſcilicet & exemplar & materiã: Ariſtoteles verò dixit duo eſſe. Materiã & ſpeciem,et tertium operatoriũ dictum. Mundum quoque dixit ſemper fuiſſe.

Cōfer cū prima diſtinctione Pe. Lombardi in 2. ſentent.

Geneſ.1.

Platoni tria ſunt principia, Ariſtoteli tria.

Circa finem ſecundi de generatione & 8.phyſicorum.

Illis igitur reprobatis, Deum tantùm vnum principium,et creatorem

atorem rerum cõfitemur. Eſt autem Creator, qui de nihilo, vel ex nihilo aliquid facit. Propriè enim creare, eſt de nihilo aliqd facere. In quo differt Deus faciẽs, ab homine & angelo facientibus, quia quod ipſi faciunt, non de nihilo, ſed ex aliquo faciunt. Quibus etiam aliquid facientibus, motus ineſt operationis, qui prorſus in Deo eſſe non poteſt. Nec enim motu, ſed voluntate duntaxat, Deus operatur, vt verè dicatur, Deum facere, eſſe ſecundum volũtatem eius aliquid nouiter prouenire. Cuius voluntatis tanta bonitas eſt, vt beatitudinis ſuæ, qua ab æterno, ſolus beatus eſt, alios ex tempore vellet eſſe participes, quam vidit & communicari poſſe, & minui omnino non poſſe. Sed quia ipſa participari nõ poteſt, niſi per intelligentiam, fecit Deus rationabilẽ creaturam, quæ ſummum bonum intelli-

Quid catholicum eſt docet.
Quid creator.
Quid creare
Differentia Dei & angeli.
Quare fecerit de' rationalẽ creaturã.

geret, intelligẽdo amaret, amãdo poſſideret, poſſidendo frueretur.

Deniq; diſtinxit eam in Incorporeã, quæ eſt angelus, & in corpoream, quæ eſt anima, habens carnẽ vel corpus, ipſa eſt homo. Angelus igitur & homo propter bonitatem Dei factus eſt. Vnde Aug. Quia bonus eſt Deus, ſumus. Factus eſt autem ad ſeruiendum & ad fruendum Deo. Breuiſſimè ergo ac rectè interrogati, Quare & ad quid facta ſit rationalis creatura? Dicimus, propter Dei bonitatẽ, & ad creaturæ vtilitatem. Illud ſanè quod reperitur apud Auguſtinũ: quòd factus ſit homo propter reparationem angelicæ ruinæ: non ſic eſt intelligendum, quaſi non fuiſſet homo factus, ſi nõ peccaſſet angelus, ſed quia inter alias cauſas Deo notas, cùm hominem fecit, hæc nonnulla extitit. Quod ſi quæritur, Cur animam corpori vniuit Deus, cùm dignior

Diſtinctio rationalis creaturæ.

Quare & ad quid facta eſt rationalis creatura.

In li. 1. de doct. chr. cap. 13.

Aug. li. 22. de ciuitate Dei c. 1. et enchi. cap. 29.

Quare anima ſit corpori vnita. dignior videretur in ſua puritate perſiſtens? Dicendum eſt, quia voluit. Voluntatis verò eius cauſa quærenda non eſt, quia nulla eſt. Vel fortè dicere audemus, Alia ratio. hoc ideo eum feciſſe, vt in humana conditione exemplum exhiberet beatæ vnionis, quę eſt inter Deum & creaturã in vita ęterna. Ne enim forſan creatura putaret, eatenus creatori vniri ſe nõ poſſe, quatenus eum tota virtute diligeret: viſum ideo eſt, excellentiſſimam creaturam. ſ. ſpiritum, infimæ, hoc eſt, carni, quæ de limo eſt, tanta dilectione vniri, vt non valeat artari ad hoc vt eam vellet Alia ratio. relinquere. Vnde Apoſt. Noluimus expoliari corpore ſed ſuperueſtiri. 2. Cori. 5 Vel ideo vnitę ſunt animę corporibus, vt in eis domino famulãtes, maiorẽ mereantur coronam. Per hoc enim cum ipſo, in quo ſeruierũt corpore, angelicę naturę adęquabũtur in futuro, de

qua nobis deinceps diſputandum ſupereſt.

Dist.2. De natura angelica in ſpeciali.

De angelica natura tractaturi, videamus quando creata fuit, & vbi, et qualis effecta, qualíſq; perfecta. De ordinibus quoq; & de officijs, ac nominibus eorũ, alijſq; pluribus: Angelũ verò ante omnem aliam creaturam factum eſſe conſtat, ſicut ſcriptum eſt. Primò omnium creata eſt ſapiẽtia, quod de angelica natura neceſſe eſt, vt intelligatur, quæ ſæpe vita, ſapientia, & lux in ſcripturis dicitur. Sapiẽtia quippe Dei quæ ipſe De⁹ eſt, ĩcreata eſt. Sed quomodo hoc eſt? Cùm alibi ſcriptura dicat. In principio creauit Deus cælum & terrã, &: Initio tu domine terram fundaſti. Profectò, ſi initiò, terram creauit, ante eam nihil factum eſt. Quòd ſi angelus primo omnium, tunc & ante terram factus eſſe probatur.

Tempus angelicæ creationis.

Eccle.1.

Obiectio.

Geneſ.1.

Pſal.101

Ne igitur in tãtis eloquijs aliqua aduerſitas

Reſpõſio

aduerſitas eſſe videatur, videtur hoc tenēdū eſſe, quòd ſimul ſpiritualis et corporalis creatura facta ſit. Vnde Salomon. Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul, id eſt, ſpirituale & corporale naturā. Indè etiam Aug. per cælum & per terram ſpiritualē corporalēq́; creaturā intelligi ait, & hæc creata ſunt in principio ſcilicet temporis, vel in principio, quia primò facta ſunt. Tamen primò omnium creata eſt ſapiētia, quia & ſi nō tempore, præcedit tamē dignitate, angelus. Vel primò omnium dicitur, non quantum ad eſſentiam, ſed quantum ad formę diſtinctionem. Spiritualis quippe natura in ipſa ſui prima conditione, diſtinctam creditur accepiſſe formam, quod non corporalis creatura, cùm hanc ſit Deus in ſex diebus operatus. Sed informis & confuſa, hoc eſt, ſine formæ diſtinctione primùm

Eccl. 18.

Aug. ſuper Geneſ. l. 1. cap. 1.

Quomodo primò omnium creata ſapientia

facta eſt. Vnde ſecũdum Græcos κάος & ὕλη, chaos et hyli dicta eſt, hoc ſanè nõ temerariè aſſerimus, ſed ſalua reuerentia ſecretorum, intimamus.

Luc. 10. Proinde in cęlo creati ſunt angeli. Vnde Dominus ait: Videbam ſathanam ſicut fulgur de cęlo cadentem: vbi non accipitur cælum firmamentum, quod ſecunda die factum eſt, ſed empyreum, hoc eſt, igneum, à ſplendore, nõ à calore dictum. Quod factũ, ſtatim angelis eſt repletum. *Super Geneſ.* Vnde Beda. Hoc ſuperius cęlum, quod à mundi volubilitate ſecretum eſt, creatum mox ſanctis angelis eſt impletum, quos in principio cum cælo & terra conditos Dominus teſtatur dicens. Vbi eras cùm me laudarent aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei? Aſtra autem matutina & filios Dei eoſdem angelos vocat. **Vbi angeli creati.**

Sed ſi in cælo facti ſunt angeli, Quomo-

Obiectio de Luciferi dicto ex Eſaia. Quomodo dicit lucifer, adſcédā in cęlum, et exaltabo ſoliū meū, & ero ſimilis altiſſimo. Sed ibi cælum vocat Dei celſitudinem, cui æquari volebat. Et eſt ſenſus, Adſcendam in cælum, id eſt, ad æqualitatem Dei. Eſa. 14.

Diſt. 3.

Quales fuerint facti angeli.

Credendum quoque eſt, quatuor beneficijs à cōditore & creatore perceptis, angelos fuiſſe creatos. Vt ſcilicet in eſſētia ſimplices, in perſona diſcreti, in intelligētia rationabiles, in voluntate liberi, ſcilicet vel ad bonum vel ad malum declinandi ſtatim facti exiſterent. Non eſt putandum omnes in his eſſe creatos ęquales.

Angelos æquales creatos non eſſe.

Sicut enim nonnulla differentia in corporibus etiam ſecundum primam conditionē eſt, ſic & in ſpirituali creatura multiplex eſt credēda fuiſſe differētia ſuę conditioni congrua. Indè eſt quòd Lucifer cęteris præſtantior factus eſt; Vnde Ezechiel. Omnis lapis Ezec. 28.

Ezec.31. precioſus operimentũ tuũ. Idem: Abietes non adæquarunt ſummitatem eius, platani non fuerunt æquales frondibus illius.

Differentes ergo ſunt in naturæ ſubtilitate, & perſpicacitate cognitionis, & voluntatis libertate. Vt qui tunc per naturalia bona alios excellebãt, ipſi quoq; per munera gratiæ eiſdem præeſſent, dignitate excellentiores eiſdem conſtituti. Qui verò minùs ſubtiles & ſapientia minùs perſpicaces conditi ſunt, minora gratiæ dona habuerunt, inferioreſque conſtituti ſunt, ſapientia Dei æquo moderamine cuncta ordinantis. Nec tamen differens naturæ ſubtilitas infirmitatem adducit, vel minor cognitio ſapientiæ, ignorantiam ingerit, aut libertas inferior, vllam cuiuſquàm arbitrio neceſſitatem imponit. In quibus angeli differant. Quomodo angeli ſint boni creati.

Firmiter quoque tenendum eſt an-

eſt angelos creatos eſſe bonos, non quidem per vſum liberi arbitrij, ſed per creationis beneficium. Iuſtos etiam non virtutis exercitio, ſed innocentia naturæ. Tales quippe facti ſunt, vt peccare poſſent, & non peccare, ſi vellent. Quod & fecerunt, alij cadendo, alij permanendo. Vnde Geneſis. Omnia fecit Deus valde bona. Naturam igitur angelorum fecit bonam. Moram aliquam etiam inter creationem, & lapſum fuiſſe fideliter creditur, per id quod Auguſtinus dicit. Angelus factus priùs, ſtatim à veritate ſe auertit, propria poteſtate delectatus. Denique dicendo priùs, moram inſinuauit. Item Origenes. Sicut Adam & Eua non ſtatim peccauerunt, ita & ſerpens aliquando fuit non ſerpens. Deus enim malitiam non fecit, quibus verbis poſt creationẽ boni etiam morã interceſſiſſe affirmat.

Quomodo iuſti.

Geneſ.1.

De Gen. ad lit. li. 11. ca. 23.

Super Ezechie. home. 1. ſuper illud vidi quaſi ſpec.

affirmat. Porrò inter creationem & confirmationem, moram interueniſſe conſtat. Vnde Aug. ait. Angelicam naturam primò cælum dictā eſſe, cùm creabatur. Poſtea verò lucem cùm formata eſt, & ad creatorē cōuerſa, ſcilicet ad Deum laudandum: vnde priùs dictum eſt. In principio creauit Deus cælum & terram. Deinde dixit Deus, fiat lux, & facta eſt lux, hoc eſt, cōfirmati ſunt angeli. Mora fuit inter creationem & confirmationē.

Super Geneſ. in li. 1. ca. 1. 3. 4. et 6

Geneſ. 1.

Iobā. 8.

At contrarium videtur quod veritas dicit in euangelio. Homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit. Sed intelligendum eſt ab initio cōditi hominis, cui mox facto inuidit, ac ſeducēdo præcipitauit in mortem. Vel ab initio, hoc eſt, poſt initiū. Vel ab initio confirmationis, non primæ conditionis intelligas. Nec enim irreligioſè poteſt dici geminum initium eſſe angeli, ſicut gemina natiuitas hominis. Obiectio. Reſponſ.

Item

Alia obiectio ex Auguſt. Item ex Auguſtino opponitur. Qui non fruſtra putandum dicit, ab ipſo initio ſuæ cōditionis diabolum cecidiſſe. Vnde quidam in hanc malitiam non libero arbitrio flexum, ſed in ea putant eſſe à Deo creatum, iuxta illud: Hoc eſt initium figmenti Dei, quod fecit Deus, vt illudatur ei, hoc eſt, diabolo: ab angelis eius ſcilicet Dei. *Super Gene. li. 11. c. 19. et 20.* *Iob. 40.*

Reſpō. 1. Sanè hoc, ſecundum alios, ſe dixiſſe alibi aperit dicēs. Quòd putatur diabolus nūquàm in veritate ſtetiſſe, nōn ſic accipiendum eſt, vt malus à bono Deo creatus eſſe putetur, alioqui ab initio non cecidiſſe diceretur. Non enim cecidit ſi talis factus eſt. A quo enim caderet? Factus ergo prius, ſtatim à veritate ſe auertit, propria poteſtate delectatus, beatæque vitæ dulcedinem non guſtauit: quam non vtique acceptā faſtidiuit, ſed nolens accipere amiſit. Deniq; quod ex Iob *Li. 11. de Gene. ad lit. c. 23.*

Iob 40. ex Iob adducitur, hoc eſt, initium figmenti Dei, ita exponitur? vt non natura, ſed corpus aereum ſignetur, quod tali voluntati aptauit Deus: vel figmentum dicitur ipſa Dei ordinatio, in qua eum etiam inuitum fecit vtilem bonis, vel ipſius angeli factura, quia licèt præſciret Deus, eum futurum malum, fecit tamē prouidens quanta bona electis ex illo produceret. Initium verò dicitur, quia præcedit antiquitate & principatu maliciæ. Vnde Iob dicit. Rex dicitur inter omnes filios ſuperbiæ.

Quare Deus angelorum lapſus præſcius; eos tamē creauerit.

Diſt. 4. An angeli facti ſint beati.

Non autem fatendum eſt, angelos fuiſſe factos beatos. De bonis enim priùs licèt diuerſa opinādo alternauerit Auguſt. tamen poſtremò ſic admonuit. Dicere (inquit) de angelis, quòd in ſuo genere beati eſſe poſſunt, damnationis vel ſalutis incerti: quibus nec ſpes eſſet, quòd mutādi eſſēt in melius

Super Geneſ. l. 11. c. 14

melius,nimia præſumptio eſt. De malis autem apertè negat dicens. Quomodo inter angelos beatus fuit,qui futuri ſupplicij atq; peccati præſcius non fuit?Quod ita probatur.Si enim præſciuit, & vitare voluit, ſed non potuit, fuit igitur miſer. Et ita miſeria peccatum præceſſit, & non eſt ſecuta, quod falſum eſt, cùm ex eo ſit. Denique ſi potuit & noluit,ſtultus fuit, quod iterum falſum eſt. Scientes enim facti ſunt angeli, quòd eſſent & à quo eſſent, & cum quo eſſent,habentes etiam boni maliue intelligẽtiam,habẽtes etiã dilectionem qua Deum & ſe diligerent, quæ non erat charitatis, ſed naturæ, qua etiã dilectione poſſeſſa ſine crimine amamus, vt equum, aut librum.

Li.11.ſuper Ge. cap.17.

Tenẽdũ eſt autẽ,angelos ſecũdũ quiddã pfectos,ſecũdũ aliud verò creatos eſſe imperfectos: Quoniam

De cõfirmatione & lapſu.

niam quidem perfectum eſt aliquid ſecundum conditionem, vt puta cui nihil de iure conditionis deeſt (vt homo cùm integer naſcitur) ſecũdum quod angeli perfecti facti ſunt. Eſt & perfectum ſecundum perfectum, cui ſcilicet, nihil de profectu deeſt. Quomodo angeli tantùm poſt confirmationem, & ſancti poſt reſurrectionem perfecti erunt. Eſt & perfectũ cui nihil defuit vnq̃ nec deerit, quod eſt ſolus Deus. Prima igitur perfectio eſt naturæ conditæ, & dicitur integritas. Secunda naturæ glorificatæ, & dicitur beata claritas. Tertia eſt naturæ increatæ, & dicitur ſumma & vniuerſalis perfectio. Perfectũ multis modis dicitur. Integritas quid. Beata claritas q̃d. Summa perfectio.

Deniq; libertate arbitrij vtentes (quod libera poteſtas eſt et rationalis voluntatis habilitas) alij elegerunt bonũ, & ſunt ad Deum conuerſi: alij elegerunt malum, & ita ſunt à Deo auerſi. Conuerti Diſt. 5. De cõfirmatione ſtantiũ & lapſu cadentium.

autem

Conuerti ad Deú. Auerti à Deo. autem ad Deum fuit ei charitate adhærere. Auerti à Deo fuit charitati inuidere. Data enim fuit ſtãtibus cooperans libero arbitrio gratia, qua iuuarentur efficaciter bene velle & operari, & in eo perſeuerare, quod fuit ad Deum cõuerti: Sanè operante gratia non egebant. Ipſa enim eſt, qua iuſtificatur impius, vt fiat pius. Illi autẽ mali non fuerunt, Iuſtificari igitur non egebant.

An auerſio à Deo angelis malis ſit imputanda. Sed cùm ſine gratia ad Deum conuerti non poterant, putatur à quibuſdam cadentibus non eſſe imputandum, quòd non ſunt cõuerſi. Quippe nec illorum culpa fuit (inquiunt) quòd eis non eſt data gratia, quæ nulla præceſſerat.

Reſpõſio. Nos autem dicimus, nullã præcedentẽ culpã, gratiã impediſſe, ſed duntaxat quæ in cadendo fuit. Potuerunt enim ſtare vt cæteri, cùm nihil impediret ad ſtandum, nihilq; impelleret ad cadendum.

Caſus ergo manifeſta culpa fuit, quare gratia non daretur.

Ita.q; cõfirmati, beati mox extiterunt. Solet autem quæri. An beatitudinis præmium, aliquod præceſſerit meritum? Quod quibuſdã videtur, ſi nõ ex tẽpore, ſaltẽ cauſa, dicẽtib⁹ ſanctos angelos ſimul percepiſſe gratiã meriti & pręmij. Verùm fideliùs credẽdũ putam⁹, meritũ ſecutũ eſſe, et tũc gratiã qua beatè viueret, eos percæpiſſe duntaxat, Sanè poſtea per obſequia creatori iugiter exhibita, pręmiũ ab initio perceptum mereri, ac meruiſſe.

De beatitudine ſtantium, & an eam meruerit.

Diſt. 6.

Cadentes autẽ ſtatim ſunt miſeri effecti? Inter quos vnus, quaſi malitiæ caput, excellentior extitit. Vnde Iob ait. Ipſe principium viarum Dei. Et Ezechiel. Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſcientia & perfectione, decorus in delicijs paradiſi Dei fuiſti. Indè eſt quod in Eſaia, Lucifer appellatur.

Cadentiũ angelorũ Lucifer fuit celſior.

Iob 40.
Eze. 28.
Eſa. 14.

Quomo-

Vnde & quomodo ceciderunt. Quomodo (inquit) Lucifer cecidiſti, qui manè oriebaris?

Eiecti autẽ de cælo Empyreo vbi facti fuerãt, in hunc caliginoſum aerẽ ceciderunt. Vnde Apoc. Draco de cælo cadens, tertiã partem ſtellarum traxit ſecum, quia Lucifer ille cecidit cum omnibus qui ſuæ malitiæ conſenſerunt, in hunc aërem. Vnde Apoſt. Colluctatio nobis eſt aduerſus principes et poteſtates aëris hui⁹, et ſpiritualia nequitiæ, in cæleſtibus. *Apo. 12.* *Ephe. 6.*

Dæmones nobis propinqui. Quia dæmones natura ſpirituales & malitia nequam, in aëre nobis iſto propinquo exiſtũt. Hinc et Petrus. In aëre caliginoſo ſeruãtur, qui eis quaſi carcer vſq; ad tẽpus iudicij deputatus eſt. Tunc autẽ in baratrũ detrudẽtur inferni ſecũdũ illud, Ite maledicti. Cęterũ hoc totũ propter nos, vt illis nobis in via obiectis, per eos quaſi per ignem et aquã probati, tranſeamus in refrigerium. *2. Pet. 2.* *Mat. 25.*

Quòd autem quotidie deſcendant in infernũ aliqui dæmonum qui animas illuc deducunt cruciandas, veriſſimum eſt. Et quòd illic aliqui ſemper ſint, alternatis ſorte vicibus qui animas detinent ac cruciant, non procul eſt à vero. Quod autẽ animæ malorũ illuc deſcendant, ex eo conſtat quòd Chriſtus ad inferna deſcendens, iuſtos eduxit, iniquos ibi relinquens. Momordit enim infernum, non abſorbuit.

Angeli mali quotidie ad infernum deſcẽdũt.

Oz.13.

Sciendum etiã quòd ſpiritibus immundis qui à ſanctis iuſtè & pudicè viuentibus vincũtur, poteſtas tentandi aufertur. Orig. Puto ſanè, quòd ſancti repugnantes aduerſos iſtos incentores, & vincentes, minuant exercitum dæmonũ: vel vt quàm plurimos eorum interimãt, nec vltrà fas ſit illi ſpiritui qui ab aliquo ſancto caſtè & pudicè viuendo, victus eſt, impugnare iterũ aliũ hominẽ.

Dæmones ſemel victi à ſanctis, alios tentare deſiſtunt.

To.1.ho.15.ad li. Ioſuæ.

Hoc

Hoc quidam intelligunt, quòd non licet eum tentare hominem de vicio illo, in quo ſuperatus eſt.

Diſt. 7. Neq; boni angeli male, neque mali bene velle poſſunt.

Præterea ſciendum eſt, quòd boni angeli, ita per gratiam ſunt confirmati, quòd nequeant malè velle vel agere. Ita etiam mali obſtinati ſunt per malitiam, quòd bene velle aut agere non poſſunt.

Obiectio. Ad hoc ſanè obijcitur ex Hiero. qui ait. Solus Deus eſt in quē peccatū cadere nō poteſt. Cætera cū ſint liberi arbitrij, etiā in vtramq; partē flecti poſſunt. *In tractatu de filio prodigo, ad Damaſū Papā in fine.*

Solutio. Cęterùm putādus eſt hoc dixiſſe ſecūdū ſimplicē naturā liberi arbitrij, ſecūdū quam etiā angeli mutari poſſunt, nō ſecūdū ſolatiū gratię vel deſolationē, ſecundum quod omnino mutari nō valēt. Vnde Iſido. Angeli mutabiles natura, immutabiles ſūt gratia. Aug. etiā. Sol⁹ Deus nullius gratia, ſed natura ſua peccare nō poteſt. Cuicūq; igitur rationali creaturæ pręſtatur vt pec- *Lib. 1. de ſum. bo. cap. 12.* *Contra Maximinū li. 3. ca. 12.*

care nõ poſſit,nõ eſt hoc naturæ propriæ,ſed gratiæ Dei.Secũdum hoc etiã dicim⁹,quòd quęcũq; rationalis creatura bene agere non poteſt,non hoc de natura habet, ſed de propria malitia.

Bonī cõfirmati liberius arbitrium habent quàm antè.

In enchi. c.105.

Nõ ideo autẽ carẽt libero arbitrio boni(vt Aug.ait)quia malè velle nõ poſſũt, multo quippe liberius eſt arbitriũ quod nõ poteſt ſeruire peccato,, quo voluntariè bonũ eligitur,& malũ reſpuitur. Sic et mali liberũ habent arbitriũ, adeò malitia corruptũ,vt iuſticiæ ſeruire neq̃ant, quo volũtariè bonũ vitãt,& ſẽper malũ ſequũtur.

De prelationibus angelorũ.

Prælati ſunt etiã angeli ſibi inuicẽ,tã boni quàm mali.Sũt etiã prælati ciuitatibus, prouincijs, & perſonis,Vt in Daniele & quàm pluribus locis ſcriptura teſtatur. Sũt etiã mali ſingulis vitijs prælati.Vnde dicitur,Spirit⁹ ſuperbiæ & luxurię.Indè eſt, quòd diuitiæ nomine dæmonis mãmoña vocantur,

cantur, nó quòd eius ſint, ſed quia eorú aliquis ad hominú deceptionẽ eis vtitur ſpeciali⁹ cæteris. Sic quoq; credendum eſt, bonos virtutibus ſigillatim eſſe prælatos.

De ſciẽtia dæmonú.

Sed licèt mali angeli ita ſunt obſtinati per malitiam, viuaci tamen ſenſu penitus non ſunt priuati.

Triplex dæmonú ſcientia.

Nam vt tradit Iſidorus & Aug. triplici acumine ſcientie vigent. ſ. Subtilitate naturæ, Experientia temporú, Relatione ſupernorum ſpirituum. Quorum etia ſcientia et virtute magicę artes exercẽtur, Velut magi Pharaonis, ſerpentes & ranas, per eos fecerũt in Ægypto. Quarum rerum non ſunt illi putãdi creatores, ſicut nec parẽtes filiorũ, nec agricolæ frugum. Vn⁹ eſt enim creator omniũ ſol⁹, à quo hæc omnia, quæ acceptis opportunitatib⁹ ad oculos noſtros prodeũt, in quadã textura elemẽtorũ, quaſi quibuſdã ſeminib⁹ poſitis, ſunt creata, de quibus tanquã ab

De ſũmo bono li.1.c.12. Super Gene.li. 2.ca. 17.

Magicæ artes a dæmonibus proueniunt.

Exod.8.

originalibus regulis ſumunt progrediendi primordia & incremēta debitæ magnitudinis et diſtinctionis formarũ. Hæc autem ſemina ſubtilitate ſenſus, tã boni quàm mali angeli cognoſcentes, adducunt ipſa habilia de occultis ſeminibus (& tunc natura operatur per congruas temperationes elementorũ) latenter ſpargunt, & ita occaſiones prębent gignendarum rerũ et accelerandorũ incrementorũ. Dei tamẽ virtus ſemper interiùs operatur. Vnde ipſe ſolus creator eſt.

Hæc autem ſciẽtia & poteſtas, data eſt dęmonib⁹ à Deo, vt Aug. ait: vel ad fallendum fallaces, vt ipſos Ægyptios: vel ad monendum fideles, ne tale aliquid facere pro magno deſiderent: vel ad exercendam probandamque iuſtorum patientiam. *Quare dæmoni data ſcientia ſit & tãta operandi poteſtas.* *Li. 3. de trin. c. 7.*

Porrò ſciendum eſt eos non poſſe facere, propter ſuperiorem

ſcilicet

Poteſtas dæmonũ reſtringitur.

ſcilicet Dei vel angelorum poteſtatem non permittentem quicquid poſſunt per naturæ ſubtilitatem. Nec enim (vt ait Aug.) alia ratio occurrit, cur non potuerunt facere cinifes, qui ranas ſerpenteſque fecerunt, niſi quia maior aderat dominatio prohibẽtis Dei per ſpiritum ſanctum: Quod & magi confeſſi ſunt dicentes. Digitus Dei eſt hîc.

De Tri. li.3.ca. eodem.

Diſt.8.

An angeli habent corpora.

Vtrùm angeli habeant corpora ſolet etiã quæri. Licet à quibuſdam putetur eos corpora non habere: Aug. tamẽ manifeſtè ponere videtur, quòd corpora habeant, vbi ſcilicet tractat de antiquis corporalibus formis, quibus Deus humanis aſpectibus oſtendebatur. Ait enim inter cætera. Mittebãtur angeli, vt ex perſona Dei loquerẽtur. Sed fateor excedere vires intẽtionis meæ: Vtrùm manente ſpirituali ſui corporis qualitate, aſſumãt aliquid ex infe-

Exod.8.

Li.3. de Trin.c.8

Quæſtio ex Aug.

riorib' elemétis corpulẽtioribus, a 1 1pſa priora corpora ſua transformet in id quod volũt accommodatũ ad id quod agũt. Idẽ etiá videtur dicere, ſuper Geneſ. Omnes angelos in creatione habuiſſe corpora, in quibus pati non poterant, quæ ſeruata ſunt bonis angelis, poſt confirmationem: mutata verò tranſgreſſoribus, ita vt pati poſſint. Denique conceſſo quòd habeát angeli corpora, non tamen ideo ſequitur, quòd ſint corporei: quia & animæ noſtræ corpora habent, non tamen ſunt corporeæ.

De Gen. ad lit. li. 3. c. 10

Angeli etiãſi corpora haberẽt, nõ tamẽ corporei ſũt.

Deniq; ſciẽdũ eſt, Dęmones in corpora hominum introire Dei permiſſione, vt opprimant eos et vexẽt. Vnde cómemorat euãgeliũ, dæmonia in quoſdã ingreſſa, & per Chriſtum fuiſſe expulſa, Subſtãtialiter ſanè in cor alicuius non intrant. Vnde ait Auguſt. Dæmones per energicam operationem

Mat. 4. & 8. Mar. 1. Luc. 4. 9. & 11.

Aug. de doct. ecc. cap. 33.

An dæmones impleant cor hominis ſubſtantialiter.

tionem, hoc eſt, per intus efficacem. Non credimus ſubſtãtialiter illabi animo, ſed applicatione & oppreſſione vniri. Illabi autẽ mẽti illi ſoli poſſibile eſt, qui creauit eam. Item Beda. Notãdum quòd mentem hominis, iuxta ſubſtãtiã nihil implere poſſit, niſi creatrix trinitas: ſecundum enim operatiõnẽ tãtùm, & volũtatis iuſtitiam anima de his quæ ſunt creata impletur. Implet verò ſathanas cor alicuius, nõn quidem ingrediens in cũ et in ſenſum ei⁹: hęc eſt enim poteſtas ſolius Dei, ſed callida deceptione animã in affectũ malitię trahens, per cogitationes & incentiua vitiorum, qualiter impleuit cor Ananiæ & Iudæ.

Sol' Deus menti illabitur.

Super illũ locum Act. 5. Cur tentauit ſathanas cor tuũ.

Quomodo ſathanas cor implere dicatur.

Act. 5. Iohe. 13.

Diſt. 9. Nunc videre ſupereſt, quot ſint angelorũ ordines, et quid ſit ordo et vnde dicatur: et ſi ita diſtincti fuerĩt ab ipſa creatione: Scriptura igitur nouẽ eſſe angelorũ ordines frequenter promulgat, angelos, archan-

De ordinibus angelorum.

Nouẽ ordines angelorum.

archangelos, principatus, & poteſtates, virtutes, dominationes, thronos, cherubin quoque & ſeraphin. Quidam tamen (vt Dionyſius) tres tantùm ordines tradunt, ternos in ſingulis ponendo, vt ita trinitatis imaginem in ordine angelorum eſſe inſinuent.

Li.1.de cæleſti hierarc.

Dionyſi° tres tātū ordines ſtatuit.

Ordo autem eſt multitudo cœleſtium ſpirituum, qui inter ſe aliquo ſimilantur munere gratiæ, ſicut etiam in naturalium datorum acceptione conueniunt. Vt Seraphin, quod interpretatur ardens vel ſuccendens, dicuntur qui præ alijs ardent charitate. Cherubin quoq;, quod interpretatur plenitudo ſcientiæ, ſunt qui præ alijs ſcientia eminent. Ita de alijs.

Quid ſit ordo, & quę ratio cuiuſque nominis.

Nominātur etiam ſinguli ordines à donis gratiarum, quæ non ſingulariter, ſed excellenter data ſunt. Vnde Gregorius. In illa ſuperna ciuitate, quiſque ordo eius rei cen-

Ordines ſinguli.

Qualiter à donis gratiarū nominātur

rei cenſetur nomine, quam pleniùs poſſidet in munere. Pleniùs autem intellige, vel quantum ad ſubiectos ordines, vel quantum ad alia dona, quæ idem ordo minùs plenè accepit. Sicut autem in ordine Apoſtolorum vel martyrum non omnes ſunt æquales, ita etiam in ordinibus angelorum, intelligendum eſt.

Ho. 34. euãg liorum.

An ab ipſa creatione ſic diſtincti fuerint.

Videtur autem quòd ab ipſa creatione ſic diſtincti fuerint, pro eo quod ſcriptura dicit, de ſingulis ordinibus aliquos cecidiſſe. Denique hoc ſtare non poteſt. Quippe ſi ardebant charitate, vt ſeraphin: & eminebãt ſcientia, vt cherubin, & in eis ſedebat Deus, vt throni, & ita de alijs ordinib⁹, non potuerunt cadere. Sanè ſciendum eſt angelos ab ipſa creatione, differentes habuiſſe gradus, tam naturæ tenuitate quàm formæ perſpicuitate, vt alij eſſent ſuperiores alij inferiores, alij medi-

Reſponſ.

ocres

ocres. Secũdũ hoc igitur, aliquos de ſingulis ordinibus cecidiſſe, dicitur. Vel ideo dicitur, quòd ſi perſtitiſſent qui ceciderunt, eorũ aliqui in ſingulis fuiſſent confirmati ordinibus.

Quo ſenſu decim⁹ ordo ex hominib⁹ compleri dicatur.

Dicit etiã ſcriptura, decimũ ordinum compleri ex hominibus. Sed qualiter dicitur ordo decim⁹, cùm tantùm nouem eſſe ſuprà prohibuím⁹? Præſertim cũ Greg. dicat, homines eſſe aſſumendos in ordine angelorum inferiorum & ſuperiorum. Non eſt ergo ſic dictum tãquam decimus ordo ſit hominum, & nouem angelorum, ſed quia lapſus angelorũ ex hominibus reparabitur, de quib⁹ tot corruerunt, qui vnum ordinem facere poſſent, quaſi decimum: vel tot corruerunt, quot in vno quolibet ordine remãſerũt. Vnde Apoſtolus dicit, reſtaurari omnia in Chriſto, quæ in cælis & in terris ſunt.

Homil. 34. Super euãgeliũ Lucæ 15

Epheſ. 2.

Non

Homines ſaluabũtur iuxta numerũ ſtãtiũ nõ lapſorũ.

Non tamẽ iuxta numerũ eorũ qui ceciderũt,ſed eorũ qui ꝑmanſerũt,hoĩes ſaluãdi credũtur. Vnde Greg. Superna illa ciuitas, ex angelis & hominibus conſtat,ad quam credimus tantùm humani generis adſcendere,quantos conſtat illic angelos remanſiſſe. Sicut ſcriptum eſt. Conſtituit terminos populorum iuxta numerum angelorum Dei.

Loco ſuperius citato.

Deuterono.32.

Diſt.10 Ex ſingulis ordinib^s angeli mittũtur.

Credi etiam poteſt fideliter cæleſtes ſpiritus de omni ordine mitti ad hæc exteriora nũtiãda. Vnde Apoſtolus. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, & miſſi in miniſteriũ. Et in Pſal. Qui facit angelos ſpiritus. Eſaias etiã ait. Volauit ad me vnus ex ſeraphin, qui ordo ſupremus eſt. Nec debet indignũ videri,ſi etiam ſuperiores mittũtur, cùm & ipſe fili^s Dei ad hęc iferiora ſit miſſus. Aliter tamẽ putãt,quia in Danie. ſcriptũ eſt,Milia miliũ miniſtrabãt ei, quaſi

Hebr.1.

Pſal.103

Eſa.9.

Cõfirmatio a minori.

Dani.7. quaſi in exterioribus iſtis, quod de inferioribus ordinibus dictum aiunt. Et decies centena milia aſſiſtebant ei: hoc de ſuperioribus, quaſi qui nunquã per miniſteriũ

Ca.7.et ad verbũ Gre. Ho.34. à Deo cedunt. Vnde Dionyſius in cæleſti hierarchia, quę ſacer dicitur principatus, ſuperiora illa agmina ab intimis nunquàm recedunt, quoniam ea quæ præeminent, vſum exterioris officij nunquam habent. Sed intelligantur officij ordinarij. Eorum enim ordo hoc officio non cenſetur. Aliquando ſanè cauſa extra communem diſpenſationem oborta, pro maioris rei eminẽtia vel ſignificatione mittuntur.

Diſt.11.

Cuiq; homini à natiuitate angelus in cuſtodiã deputatur.

Præterea ſciendum vnicuique homini, vnum bonum angelum ad cuſtodiam, & vnum malum deputari ad exercitium. Vnde Gregorius ait, quòd quiſq; vnum bonum angelum ſibi ad cuſtodiam deputatum, & vnum malum angelum

angelum ad exercitium habet. De bonis autem angelis, veritas à puſillorum ſcandalo prohibens ait. Angeli eorum ſemper vident faciem patris. Vbi Hieronymus dicit. Magna dignitas eſt animarum, vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis ad cuſtodiam ſui, angelum delegatum.

Mat.18.

Super Matheũ vbi ſuprà.

An ſinguli ſingulis vel pluribꝰ hominibꝰ vnus angelus ſit deputatus?

Deniq; inoffenſè credi poteſt, vel quòd ſinguli angeli ſingulis deputētur hominibus, vel quòd vnus pluribus, eodē vel diuerſis tēporibꝰ. Nec enim mirãdũ, vnũ angelum pluribus hominibus ad cuſtodiam deputari, cùm etiam vni homini plurium hominũ cuſtodia deputetur vel cōmittatur.

An angeli proficiant in merito vel præmio?

Poſtremò ſciēdum eſt fideliter dici, bonos angelos vſque ad diem iudicij in merito proficere, quia quotidie hominum vtilitatibus inſeruiunt, eorumque ſtudēt profectibus, per quod merentur. Et etiam in præmio, hoc eſt, in

Quare in præmio

 dilectio-

dilectione proficiũt. Étenim proficiunt in cognitione, & quò magìs cognoſcunt, eò magìs diligũt. Quòd autem magìs cognoſcant, Eſaias teſtatur ex perſona angelorum, verbi incarnati myſteriũ minùs cognoſcentium, dicens. Quis eſt iſte qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra? Et Pſal. Quis eſt iſte rex gloriæ? Apoſtolus quoque ait. Quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi, à ſeculis in Deo, vt innoteſcat multiformis ſapientia Dei per eccleſiam, principatibus & poteſtatibus in cæleſtibus. Vbi licèt Auguſtinus dicat, angelos nõ latuiſſe myſterium regni cælorũ, tamen ad plenum nõ intellexerũt. Vnde Hier. ibidem dicit, Angelicas dignitates præfatum myſterium, ad purum non intellexiſſe, donec apoſtolorum prædicatio ad gẽtes dilatata eſt: per hoc ergo patet, angelos in cognoſcẽdo proficere.

Angeli proficiãt!

Eſa. 63. *Pſal. 23.* *Ephеſ. 3.* *Orginaliter ſuper Gen. li. 5. c. 16* *Hier. in epiſt. ad Eph. c. 3.*

Cõciliat apparẽtẽ doctorũ cõtrouerſiam.

Nec

Nec obloquitur quod ait Greg. Quid eſt, quod ibi neſciant, vbi ſcienté omnia ſciũt? Dicit ení eos nihil neſcire, ſcilicet eorum, ſine quibus beatitudo nó eſt. Ea veró ſunt quæ ad myſterium vnitatis trinitatiſque pertinent.

Li.4. dialogorum c.3. & li.20 moraliũ cap.3.

De diſtinctione operũ ſex dierum.

Poſt tractatum angelicę naturę, nunc de alijs ſupereſt videre. Nó enim ſolum cælum, hoc eſt, angelos in principio creauit Deus, ſed & terram, id eſt, materiam quatuor elemẽtorum confuſam, quæ inquam terra dicta eſt, vt Aug. ait, eò quòd inter elementa minùs eſt ſpecioſa. Dicta eſt & abyſſus, vt ſcriptũ eſt. Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. Quia coniuncta erat, ſpecie diſtincta dilucidaq; carens: Eadẽ etiã dicta eſt aqua, ſup quã ferebatur ſpirit⁹ domini, ſicut volũtas artificis ſup parata materia. Ea quoq; dicta eſt aqua, quia quęcũq; in terra naſcũtur, ab humore ĩcipiũt formari et

Geneſ.1.

Quid per terrã ſignificetur.

Lib. de Gen. cõtra Dani.1.c.7.

Geneſ.1.

 nutriri

mutari:hæc autem ante omnem diem creata eſt. Deinde verò diſtincta ſingulis rebus proprias ſpecies capientibus. Quod quidé non ſimul factum eſt, vt aliqui patrum tradere videntur, ſed per volumina ſex dierũ, vt fides catholica tenet.

De hac igitur diſtinctione viſuri, primũ expediamus, cur illa materia informis dicatur, & vbi ad eſſe prodijt, quantumq́; in altum aſcendit? Materia igitur dicta eſt informis, non quia penitus forma careret. Hoc enim eſſe non potuit, cùm eſſet corpus: ſed quia nondum pulchram aptamq́ue ac diſtinſtam acceperat formam, qualé nunc cernimus. Facta igitur priùs eſt in forma confuſionis diſpoſita, ſecundò in forma diſtinctionis.

Quare terra informis dicta ſit

Denique aduertendum videtur, quod ſuper hunc locum tradidit Alcuin⁹. Quatuor (inquit) modis

De malis diuinæ operationis.

Super Geneſ.

modis Deus operatur. Primò in verbo omnia diſponēdo. Secūdò in materia vniformiter creando. Tertiò per opera ſex dierū diſtinguēdo. Quartò nō noua ſed nota ſæpius ne pereant reformando.

Vbi illa materia ad eſſe prodiit: Quārūq; in altitudine aſcenderit?

Proinde ſi quæritur. Vbi ad eſſe prodijt cōfuſa? Fideliter credendum putamus, quòd vbi nūc formata ſubſiſtit. Et porrigebatur eo vſque in altum, quo nunc ſummitas corporeæ naturæ pertingit. Imò vt quidam volunt, vltra firmamentū extendebatur illa moles, quę in imo ſui ſpiſſior, in ſupremo verò rarior erat, leuiorque: & de ea parte aquas eſſe aiunt, quæ ſupra firmamentum eſſe dicuntur. Talis igitur fuit mundi facies in principio, priuſquam reciperet diſtinctionem, quæ facta eſt ſex diebus.

Diſt.13. Diſtinctio primæ diei.

Primæ itaque diei opus fuit formatio lucis. Vnde conſequenter ſcriptura dicit. Dixit Deus,

fiat lux,& facta eſt lux,& diuiſit
Geneſ.1. lucem à tenebris . Congruè au-
Ambr. tem mundi ornatus incœpit à
libr.1. luce,per quam cætera quę creāda
Hexam. erant, viderentur.
cap.9. Quæ lux ſpiritualis intelligi Qualis illa lux fuit
poteſt, ſcilicet angelica natura,
Super vt Auguſtinus ait.Quæ priùs te-
Gen.De nebræ erant,cùm informis creata
Gene.ad fuit,lux verò facta eſt, conuerſa
lit.1.ca. ad creatorem,eique charitate ad-
3.4.et 5. hærens . Vel etiam corporalis
fuiſſe intelligitur:quod probabi-
lius eſt, velut lucida nubes,cum
qua dies eſſe incœpit.

Quæ credi poteſt ibi facta Vbi lux ſit facta.
eſſe, vbi nunc corpus ſolare lo-
catur . Vicem enim ſolis vſque
ad diem tertiam tenuit, quæ mo-
tu ſuo circumacta noctem diſ-
cernebat: & diem, velut ſol quo-
tidiano curſu nunc vehitur, ea-
demque diſtinguit,ſequitur. Ap-
pellauitque lucem diem, et tene-
bras noctem.

Deniq;

Quot modis accipiatur dies.

Deniq; dies multis modis accipitur. Dicitur enim dies lux ipſa, ſicut præmiſſum eſt, & aëris illuminatio, vt ſæpe occurrit, & ſpatium viginti quatuor horarum, ſecundum quod dicitur. Et factum eſt veſpere & mane dies vn⁹, quod ſic intelligendũ eſt. Factum eſt veſpere priùs, dũ exacto curſu diurno, lux vergebat in occaſum, & poſtea manè ſecundæ.ſ. diei, eadem luce curſu nocturno reuoluta ad ortum. Prima enim dies non habuit manè, quod eſt aurora, ſed à plena luce inchoauit, & terminata eſt in manè ſecundæ diei: ſic computabatur, vt dies præcederet, & ſequeretur nox, quod vſq; ad tempus ſepulturæ Domini factum eſt. Quod myſterio nõ vacat. Homo enim à luce iuſtitiæ per peccatũ corruit in tenebras ignorantię. A reſurrectione autẽ Dñi à veſpera cõputatur dies in veſperã, ita vt pręcedat

Geneſ.1.

Geneſ.1.

Ordo cõputationis dierũ.

nox,& ſequatur dies. In myſterio etiam, quia per Chriſtum à tenebris ad lucē redit homo. Vnde Apoſtolus. Eramus aliquādo tenebræ: nunc autē lux in Domino. *Ephеſ.5.*

Quòd ſi quæritur. Cur factus eſt ſol, cùm lux illa diem faciebat? Dici poteſt lux illa partes ſuperiores illuminare: inferiores verò non, ideoque ſol factus eſt, ita vt vel in eadem parte cæli, ea lux ſibi adiuncta remaneat, vel de ea forſan formatū eſt ſolis corpus. Sciendum eſt hinc Deum nō dixiſſe temporaliter, vt fieret lux, quia non mutabiliter, vt Aug. ait: Nec ſono vocis, cùm non eſſet lingua, qua loqueretur. Ad naturam ergo verbi refertur, quaſi nō ſono vocis, ſed in verbo ſibi coæterno dixit, hoc eſt, verbum genuit, in quo ab æterno diſpoſuit, quod in tempore facturus erat in eodem verbo. Operatur enim pater in verbo & per verbum, vt frequen-

Quare ſol ſit factus.

Aug. li. 1. de gen. ad lit. cap. 11.

Qualiter accipiendum ſit illud, De' dixit.

Super Gene. li. 1. cap. 2. & 9.

Quomodò Deus operetur

In verbo & per verbum.

frequenter ſcriptura dicit, non quaſi artifex per inſtrumentũ, ſed quia opificẽ omniũ genuit. Vnde Chryſo. Sicut iudicare per filium pater dicitur, quia iudicẽ genuit, ſic & operari per filiũ, quia conſtat eum opificem genuiſſe. Vel per filium operari, id eſt, cum filio. Nec tamen ſimiliter dicitur filius operari per patrẽ, licèt cum patre operetur, propter autoritatem principij in patre ſeruãdam. Eadẽ de ſpiritu ſ. intelligẽda ſunt.

In expoſitione epiſtolæ ad Hæb. Hom. 2. ad 1. cap.

Diſt. 14 De diſtinctione ſecundæ diei qua factum fuit firmamẽtũ. De qua materia ſit factũ firmamentum.

Dixit quoque Deus. Fiat firmamẽtum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Aquas ſcilicet quæ in aëre & in terra ſunt, ab aquis quæ ſupra firmamẽtum ſunt. De quibus dicitur. Qui tegis aquis ſuperiora eius: Agitur autẽ hîc de firmamẽto ſidereo, quod de aquis factũ credi poteſt, in modũ Cryſtalli, teſte Beda: licèt alij dicant cælum quod excedit aëris ſpatium, igneæ naturæ eſſe. Quibus

Geneſ. 1.

Pſal. 103

Super Geneſ. varijs locis Da-

Damaſ. l.2.orth. ca.6. bus etiã adſtipulari videtur Aug. Tamẽ quodcunq; creditur, fidem nõ lædit. Quales autẽ & ad quid *Aug. li. 2.de ge. ad lit.c.3* cõditæ ſunt, ſup firmamẽtũ aquę, ipſe nouit qui cõdidit.

Denique dicitur firmamẽtum, non propter ſtationem, ſed propter firmitatem, & terminum aquarum intranſgreſſibilem. Quare dicatur firmamẽtũ.

Notandũ etiam quòd in hac die ſicut in cæteris non legitur, Vidit Deus quòd eſſet bonum. Nõ quòd ita nõ eſſet, ſed propter aliquod ſacramentũ commẽdandũ. Forſan enim propter binarij deteſtationẽ factũ eſt, qui eſt principium alteritatis et diuiſionis. Quare tacuit Deus bonitatẽ creaturũ ſecundæ diei.

Tertiæ diei diſtinctio fuit con- *Geneſ.1.* gregatio aquarum, in locũ vnum. Dixit enim Deus, Congregentur aqûæ in locum vnum, & appareat arida. Fieri enim potuit, vt terra ſubſidens, concauas partes præberet, vbi fluctuantes reciperet aquas, & fieret arida apta grami- De diſtinctione tertiæ diei.

graminibus.

Vbi aquę fuerint congregatæ.

Aquæ autē omnes dicūtur in vnum locum cōgregatę, propter magnū mare, vnde exeunt, & ad quod reuertūtur. Dicuntur etiam congregationes aquarū, propter multifidos ſinus, & plurimas eorum deriuationes, ex eodem mari.

Epilog'.

Ecce habes qualiter prima die creata fuit lux, quæ cuncta illuſtraret, & ſecundâ firmamentum factum, quod diuideret aquas ab aquis. Tertia demū die aquarum molibus intra receptacula collectis, terra reuelata eſt, atque aër ſerenatus. Tribus ergo primis diebus elementa diſtincta ſunt: tribus verò ſequentibus eadem ornata exiſtunt, de quo nobis videndum eſt.

De ornatu quartæ diei quādo facta ſunt luminaria.

Cæli igitur ornatus in quarta die fuit, luminariorum creatio. Dixit enim Deus. Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem

diem ac noctem. His nanq; prouiſum eſt hominibus, vt circumeunte ſole, diei, noctiſque viciſſitudine potirentur. Conſolati etiam luna ac ſideribus ne nox indecora remaneret. De quibus etiam ſubditur. Et ſint in ſigna & tẽpora, & dies & annos. Quod dictum eſt, non quòd quarto die primò cœpiſſent tempora, ſed quia ſunt in ſigna ſerenitatis & tempeſtatis, & vſitatæ diſtinctionis dierum & annorum, & quatuor anni temporum ſcilicet veris, æſtatis, hyemis & autumni.

Geneſ. 1.

Diſt. 15.

De ornatu quintę diei.

Ornatus autem quintæ diei, fuit creatio animantium ex aquis. Sic enim dixit Deus. Producant aquæ reptile animæ viuentis & volatile ſuper terram. De quibus duo elementa ſunt ornata, ſcilicet aër in volatilibus, & aquæ in natatilibus.

Geneſ. 1.

De ornatu ſextæ diei.

Die quoque ſexta ornata eſt terra in beſtijs. Vnde dixit Deus. Producat

Producat terra animam viuentem, iumentá, reptilia & beſtias terræ, ſecundum ſpecies ſuas, quæ omnes creatæ ſunt innoxiæ, ſed propter peccatum factæ ſunt pleræque noxiæ. *Geneſ.1.*

De creatione hominis. Omnibus igitur diſpoſitis vt perſtrinximus, nouiſſimè factus eſt homo, & in mundũ tanquàm vniuerſorum Dominus, & poſſeſſor inductus. Vnde ſequitur, Vidit Deus quòd eſſet bonum, ait. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtram: de cuius creatione ammodo tractemus, ſed de die ſeptima priùs abſoluamus. *Geneſ.1.*

De ornatu diei ſeptimæ. Scriptum eſt igitur. Compleuit Deus die ſeptimo opus ſuum, & requieuit ab vniuerſo opere quod patrarat, hoc eſt, perfecerat.

Quomodo intelligatur Deũ requieuiſſe. Denique requieuiſſe dicitur De', nõ quaſi laſſus operando, ſed nouã creaturã facere ceſſando. Sicut etiã in Apocalypſi accipitur.

Non

Apo. 4. Non habebant(inquit) requiem dicentia, Sanctus, hoc eſt, dicere ſanctus non ceſſabant.

Sed qualiter in ea die op⁹ ſuum dicitur cõpleuiſſe, cũ in ea legatur nihil feciſſe: niſi fortè quòd in ea benedixit et ſãctificauit, ſicut ſcriptura teſtatur, Benedixit(inquit) diei ſeptimo, & ſanctificauit illũ quod operari fuit. Sicut Salomon opus fecit cùm templum dedicauit. Illum autẽ diem ſanctificaſſe dicitur, quia eum prę cęteris myſtica benedictione donauit. Vnde in lege. Memento ſanctificare diem ſabbati: vel compleuit Deus die ſeptima opus ſuum, hoc eſt, perfectum & conſummatum vidit. **Quomodo intelligatur Deũ compleſſe op⁹ ſuum die ſeptima.** *Geneſ. 1.* **Benedictio diei ſeptimæ.** *Exo. 20.*

Diſt. 16

Decurſis ſupradictis de creatione hominis, videamus, inquirentes quomodò, & qualis ſit homo factus, exinde qualiter ſit homo lapſus, tertiò qualiter ſit reparatus. In Geneſi ergo legitur, **De creatione hominis.**

Faciamus

Quomodo homo ſit factus. Faciamus hominē ad imaginem et ſimilitudinem noſtrā. Dicendo faciamus, vna opera triū perſonarum oſtēditur: dicēdo, noſtram, æqualis ſubſtātia triū perſonarum oſtēditur, vel mōſtratur. Ex perſona enim patris hic dicitur ad filium, & ad ſpiritū ſanctum, nō ad angelos, quia Dei et angelorū nō eſt vna imago, vel ſimilitudo.

Qualis factus eſt homo. Deniq; factus eſt homo ſecundū mentē ad imaginē Dei propter memoriam, intelligentiam, & dilectionem. Ad ſimilitudinē verò

In quibus cōſideratur imago & ſimilitudo. propter innocētiam et iuſtitiam, quæ in mēte hominis naturaliter ſunt. Vel imago in alijs omnibus. Similitudo verò in eſſētia animę, quia & immortalis & indiuiſibilis eſt. Vnde Aug. Anima ſimilis facta eſt Deo, quia immortalem et indiſſolubilem fecit eam Deus. *In li. de quantitate animæ c. 2.*

Quomodo homo dicitur imago Dei. Imago ergo pertinet ad formam, ſimilitudo ad naturam.

Homo etiā dicitur imago Dei. *1. Cor. 11.* Vnde

Vnde Apoſtolus. Vir eſt imago & gloria Dei: quod de mente dicitur propriè, & tamen de homine dicitur, in quo eſt ipſa imago. Sicut & pictura, & tabula in qua eſt ipſa pictura, imago dicitur.

De tri. l.7.c.6. in fine. Notandũ quoq; quòd homo imago dicitur, & ad imaginem: filius verò imago tantùm, quod quare ſit Auguſt. dicit. Homo ita imago dicitur, quòd & ad imaginem, quia non æquatur parilitate, ſed accedit quadam ſimilitudine: Filius autem eſt imago, ſed non ad imaginem, quia æqualis eſt patri. Ecce ſecundum proprietatem mẽtis homo eſt ſimilis Deo, ſed etiã corpus eius hoc indicat, quod eſt in cælũ erectũ. **Homo dicitur imago & ad imaginẽ Dei: filius verò ſolùm imago.**

Proinde factura corporis & animæ deſcribitur Adę cùm dicitur, *Geneſ.1.* Formauit Deus, quãtum ad corpus, hominẽ de limo terræ. Item, Et inſpirauit in faciẽ ſpiraculum vitæ, quantum ad animam. Vel ſecundum **Diſt.17** **De creatione animæ Adæ.** **Quòd nõ**

ſecundum alios, flauit vel ſufflauit, nó quòd manibus corporeis, vel faucibus factum intelligamus eſſe, ſed volendo & iubendo fieri. Spiritus enim De⁹ eſt, nó corpus, qui quæcunque voluit, fecit. Inſufflauit autem, hoc eſt, flatum fecit, non quidem de ſua ſubſtantia. Flare enim eſt flatum facere, id eſt, animam. Vnde per Eſaiam. Omnem flatum, hoc eſt, animam ego feci. *c.57.ſecundum tranſlatione.70*

Quomodo anima ſit creata.

Fecit enim Deus animam Adæ ſecundum Aug. cum angelis ſine corpore, ſecundum verò alios, in corpore creata eſt, vt totū corpus animaret. Faciem verò, quia præ ceteris partib⁹ corporis, ſenſibus ornata eſt, nominatim expreſſit. Verùm quicquid de anima Adæ fuerit, de alijs tenendum, quòd in corpore creentur: creãdo enim infundit eas Deus, & infundendo creat. *Super Gene. li. 7. c. 25. & 27.*

Qua ætate creatus fuerit Adam & vbi?

Fuit Adam in virili ętate cre-

Vnde Apoſtolus. Vir eſt imago & gloria Dei: quod de mente dicitur propriè, & tamen de homine dicitur, in quo eſt ipſa imago. Sicut & pictura, & tabula in qua eſt ipſa pictura, imago dicitur.

De tri. l.7.c.6. in fine. Notandũ quoq; quòd homo imago dicitur, & ad imaginem: filius verò imago tantùm, quod quare ſit Auguſt. dicit. Homo ita imago dicitur, quòd & ad imaginem, quia non æquatur parilitate, ſed accedit quadam ſimilitudine: Filius autem eſt imago, ſed non ad imaginem, quia æqualis eſt patri. Ecce ſecundum proprietatem mẽtis homo eſt ſimilis Deo, ſed etiã corpus eius hoc indicat, quod eſt in cælũ erectũ. **Homo dicitur imago & ad imaginẽ Dei: filius verò ſolùm imago.**

Diſt. 17

Geneſ.1. Proinde factura corporis & animæ deſcribitur Adę cùm dicitur, Formauit Deus, quãtum ad corpus, hominẽ de limo terræ. Item, Et inſpirauit in faciẽ ſpiraculum vitæ, quantum ad animam. Vel ſecundum **De creatione animæ Adæ.** **Quòd nõ**

ſecundum alios, flauit vel ſufflauit, nó quòd manibus corporeis, vel faucibus factum intelligamus eſſe, ſed volendo & iubendo fieri. Spiritus enim De⁹ eſt, nó corpus, qui quæcunque voluit, fecit. Inſufflauit autem, hoc eſt, flatum fecit, non quidem de ſua ſubſtantia. Flare enim eſt flatum facere, id eſt, animam. Vnde per Eſaiam. Omnem flatum, hoc eſt, animam ego feci. *c.57.ſecundum tranſlationē.70*

Quomodo anima ſit creata. Fecit enim Deus animam Adæ ſecundum Aug. cum angelis ſine corpore, ſecundum verò alios, in corpore creata eſt, vt totū corpus animaret. Faciem verò, quia præ cęteris partib⁹ corporis, ſenſibus ornata eſt, nominatim expreſſit. Verùm quicquid de anima Adæ fuerit, de alijs tenendum, quòd in corpore creentur: creādo enim infundit eas Deus, & infundendo creat. *Super Gene.li.7.c.25. & 27.*

Qua ætate creatus fuerit Adam & vbi? Fuit Adam in virili ętate cre-

De Gen. ad lit. li. 6. c. 13. atus (vt ait Aug. ſuper Geneſ.) Non autē in paradiſo factus eſt homo, ſed extra, & ita in paradiſo poſit⁹, ſicut ſcriptura docet. *Gene. 2.* Tulit (inquit) domin⁹ hominē, et poſuit eū in paradiſo voluptatis, quem plātauerat à principio. Per quod ſignificatum eſt, quòd ad meliora homo proficere deberet. *Aug. li. 8. de gen ad lit. c. 3.* Paradiſus autem iſte localis intelligitur, **An paradiſus ſit corpore⁹.** qui ab illo principio plātat⁹ accipi poteſt, quo terram, herbas, & ligna producere iuſſit Deus. Vel à principio, hoc eſt, in oriente. Vnde antiqua litera dicit ad orientem. Eſt autē illic locus amœniſſimus, **Deſcriptio paradiſi.** magno fonte fœcundus, & lignis diuerſi generis ac fructuoſis decorus. Inter quæ eſt vnum lignum, vitæ vocatum, eò ſcilicet: quia diuinitus hanc vim accepit, vt qui ex eius fructu comederet, eius corpus ſtabili ſanitate & perpetua ſoliditate firmaretur, nec in deterius, & in

occaſum

Lignũ ſcientiæ boni & mali.

occaſum laberetur. Eſt etiam ibi lignum ſcientiæ boni & mali, non ideo ſic dictum, quòd arbor mala eſſet, ſed quia propter prohibitionem erat in illa tranſgreſſio futura, qua homo experiendo diſceret, quid inter bonum obedientiæ, malumque inobedientiæ eſſet. Cognouit enim homo priuſquàm hoc lignum tangeret, bonum per experientiam & prudentiam: malũ verò per prudentiam tantũ. Vſurpato autẽ vetito, etiã per experientiã malum cognouit. Nec meliùs conſideratur, quãtum malum ſit inobedientia, quàm cùm ideo reus factus intelligitur homo, quia rem prohibitus tetigit, quę tangenti nõ obeſſet, ſi nõ prohiberetur. Si enim rem venenoſam prohibitus tangis, pœna ipſa non tam ex prohibitione, quàm ex natura rei ſequi videtur. Dum igitur rem bonam prohibitus tangis, ex

Quomodo homo cognouerit bonũ & malũ.

Quomodo optimè conſideratur inobedientia.

ſola inobedientia pœna eſſe, ſicut ex obediētia palma demõſtratur. Diſt.18

Denique in paradiſo formauit Deus mulierem de ſubſtãtia viri: Sicut ſcriptura dicit. Immiſit (inquit) Deus ſoporem in Adam: cunq; obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & ædificauit eam in mulierem.

Geneſ.2.

De formatione mulieris.

Facta eſt igitur mulier de latere viri, non de capite, aut de pedibus, Quia nec domina, nec ancilla ei parabatur. Si enim de capite facta eſſet, videretur viro ad dominationem præferenda: & ſi de pedibus, ad ſeruituten ſubijcienda, ſed de latere facta eſt, vt per hoc oſtenderetur, quia in cõſortium creabatur dilectionis viri, & adminiculum generationis.

Quare facta ſit de latere viri mulier?

Ex Aug. lib. de gen. ad lit. ca. 13.

Non autẽ ſimul facta eſt cum viro, ſed vir ſolus priùs, de quo ipſa poſtea, vt per hoc imago Dei in homine appareret. Sicut enim

Quare Adam priùs & non ſimul Eua creata ſit?

Deus

Deus eſt principium totius creationis, ita Adam eſt principiũ generationis. In quo etiam ſuperbia diaboli retũditur, qui principium eſſè iniquè vſurpare voluit.

Quare de viro dormiente mulier facta ſit?

Quòd autem facta eſt mulier ſopore miſſò in Adá, Sacramentum Chriſti & eccleſiæ fuit. Sicut enim mulier de latere viri dormientis formata eſt: Ita eccleſia de ſacramentis, quæ de latere Chriſti dormientis in cruce profluxerunt, aqua & ſanguine abluta à culpis, redempta à pœnis. Sic igitur corpus mulieris de corpore viri traductum eſt, quod non ſimiliter de anima intelligere licet, quę non eſt ex traduce. Hierony. enim anathematis, vinculo obligat illos, qui eſſè animas ex traduce dicũt, inducẽs autoritatẽ de propheta. Qui ſinxit ſigillatim corda eorum, hîc ſatìs (inquit) innuit propheta, quòd non animam de anima facit Deus, ſed ſigillatim

Ex Aug. li. 12. de ciuitate Dei c. 26

Iohã. 19

Quod anima non ſit ex traduce?

Super Pſal. 32

animas de nihilo creat. Diſt. 19

Occurrit hîc triplex de ſtatu hominis cóſideratio, qualis. ſ. homo fuerit ante peccatum, & poſt peccatũ, & in reſurrectione erit. In primo itaq; ſtatu habuit homo poſſe mori, et poſſe nõ mori. In ſecũdo ſtatu. ſ. poſt peccatũ, habuit poſſe mori, et nõ poſſe nõ mori. In tertio ſtatu habebit poſſe non mori, et nõ poſſe mori. Vnde Au. Primũ de limo terrę formatũ eſt corpus animale nõ ſpirituale, cum quali etiã reſurgemus. Illud enim ante peccatũ, mortale et immortale erat, quia poterat mori et nõ mori, quod per peccatũ mortuũ factũ eſt. vt Apoſt. ait. Nõ enim hoc corp⁹ eſt mortale, ſicut primi hominis fuit, ſed deterius, quia neceſſitaté habet moriẽdi. Quod mutabitur in ſpirituale, nec poterit vltrà diſſolui, cùm induerit immortalitatem. Filij enim reſurrectionis nõ poterunt vltrà peccare, nec

De ſtatu hominis. De primo hominis ſtatu ante lapſum videlicet. De hominis ſtatu poſt lapſum.

Super Gene. li. 6. ca. 19. & 24.

Rom. 5. 1. ad Cor. 15.

care, nec mori.

Vnde im-mortali-tas Adæ ante pec-catum.

Videtur auté immortalis fuiſſe caro Adę ante peccatū de cōditione naturę, adiuuāda, tum per ciborum alimoniam, tum per eſum ligni vitæ perficiēda. Vnde Aug. Caro Adæ ante peccatum ita immortalis creata eſt, vt per alimoniam cæterorum lignorum, quæ iuſſus erat manducare ſeruaretur, donec productus ad ætatem conditori placitam, ipſo iubente ſumeret de ligno vitæ, quo perfectè immortalis factus, vltrà cibi alimenta non requireret. Nec mouet quod ait Augūſt. ſcilicet. Quodāmodo creatus eſt homo immortalis, quod erat ei de ligno vitæ, non de conditione naturæ. Cui ſenſui congruunt verba domini dicētis de Adam, poſt peccatum. Videte nè fortè ſumat de ligno vite, & viuat in æternum.

Li. quæ. veteris et no. le. cap. 19.

Super Gene. li. 6. c. 4. 25.

Gene. 2.

Obiectio. An primi parentes

Sed adhuc cōtradicūt quidam, putantes primos parentes non

indiguiſſe cibo ante peccatum,& dicũt.Si non peccarẽt,non morerẽtur:nõ autem peccarẽt ſi nõ comederẽt,quia poterãt ſine alimonia viuere.Quib⁹dicitur,quòd nõ ſolùm peccarẽt de vetito edẽtes, ſed etiã cõceſſis non vtẽtes. Fuerat enim vtrumq; pręceptũ.ſ.iſtis vti,& illo abſtinere. Vnde Aug. in mandatis vtrumq; continebatur,vt de conceſſis manducarent, & ab interdicto abſtinerent.

cibo ante peccatũ indigũiſſent?

Reſpõſio

Loco ſuperiùs citato in quæſt. noui & vet. teſt.

Itẽ ſi nõ peccarent,famem non ſentirẽt,cùm ea ſit pœna peccati. Sine fame autem ſuperfluè comederent. Ad quod dicitur. Fames verè pœna peccati eſt.Eſt enĩ immoderat⁹ appetitus edẽdi.Cui nõ ſubiaceret homo ſi non peccaſſet, haberet tamẽ naturalẽ appetitum & moderatum, cui etiam ante peccatum ſatisfacere oportuit.

Alĩa obiectio.

Reſpõſio

Diſt.20

Quare in paradiſo nõ coierũt primi parentes?

Creati autem primi parẽtes in paradiſo nõ coierũt.Quia creata muliere, mox tranſgreſſi ſunt,& eiecti.

eiecti: Vel quia De⁹ nōdū iuſſerat vt coirēt, poteratq; diuina expectari autoritas, vbi concupiſcentia non angebat.

Vbi genuerunt primi parentes.

Ceterū de paradiſo emiſſi, genuerunt. Quib⁹ honorabiles nuptiæ & torus immaculat⁹ ibi eſſe non potuit ſine ardore libidinis, ſine labore pariēdi. Quia credēdū eſt, illos ante peccatū genitalibus mēbris imperare potuiſſe, ſicut & cæteris in quolibet opere, ſine aliquo pruritu voluptatis. Sed poſt peccatū, motū illū meruerūt, per quē nuptiæ verè ordināt: cōtinētia cohibet. Infirmitas enī prona ī ruinā turpitudinis, excipitur honeſtate cōiugij, et quod ſanis eſſet officium, ægrotis eſt remedium.

Quomodo ante peccatū genuiſſent?

Quales fuiſſent filij ante peccatū procreati?

Poteſt autem dubitari, Si ante peccatū genuiſſent, vtrū mox geniti perfecti fuiſſent, ſtatura corporis, & ſenſu animi, velut Adā, cùm conditus eſſet, aut per interualla tēporū, vt modò, ſic profi-

ne comederetis de omni ligno paradiſi ? Cui mulier. Ne fortè moriamur . Quo dicto aditum ſeducẽdi aperuit,ac ideo protinus ſubiunxit . Nequaquam moriemini . Scit enim Deus , quòd in quocunque die comederitis ex eo,aperientur oculi veſtri,& eritis ſicut dij,ſciẽtes bonũ et malũ.

Vbi diabolus tentauit hominem tribus modis , Gula , vana gloria,auaricia.Gula perſuadẽdo cibum dicens:In quocunque die comederitis . Vana gloria , promittendo deitatem,dicens:Eritis ſicut dij. Auaricia, promittendo ſcientiam , dicẽs:Scientes bonum & malum.Eſt autem gula immoderata cibi auiditas: Vana gloria propriè excellẽtię:Auaricia enormis cupiditas habendi, quæ non tantùm pecuniæ eſt , ſed omnis illius quod ſupra modũ ambitur.

Homo eſt tribus modis tẽtatus.

Quid Gula?

Vana gloria?

Auaricia?

Nota etiam hîc ordinem humanæ perditionis . Primò affir-

De ordine

mauit

& progreſſu humanæ perditionis.

mauit Deus dicẽs. In quocũq; die comederitis ex eo, morte moriemini. Deinde mulier dubitando dixit. Ne fortè moriamur. Tertiò diabolus negauit dicens. Nequaquam moriemini. Dubitans ergo ab affirmante receſſit, & vt periret, neganti appropinquauit.

Diſt. 22 De peccato hominis.

Denique videns lignum, quòd eſſet pulchrum viſu, & ad veſcẽdum ſuaue, credẽs verbis ſerpentis comedit, dedítque viro ſuo, in quo (diabolo ſuggerente) vterq; peccauit. *Gene. 3.*

Videtur tamen quòd tentationem præceſſerit eorum peccatum, eò quòd dicat Auguſt. ſuper Geneſ. Nõ eſt putãdum quòd homo deijceretur, niſi præceſiſſet in eo quædã elatio compriméda. Item. Quomodo verbis tentatoris crederet mulier, niſi menti eius ineſſet amor propriæ poteſtatis, et de ſe ſupba præſumptio? quod ſi ita eſt, non alterius priùs ſuggeſtio- *Lib. 11. cap. 5.*

An caſũ hominis præceſſerit elatio in animo eius?

Li. de Gene. ad literã. 11. c. 30.

Apo. 4. Non habebant(inquit) requiem dicentia, Sanctus, hoc eſt, dicere ſanctus non ceſſàbant.

Sed qualiter in ea die op⁹ ſuum dicitur cõpleuiſſe, cũ in ea legatur nihil feciſſe: niſi fortè quòd in ea benedixit et ſãctificauit, ſicut ſcri- *Geneſ. 1.* ptura teſtatur, Benedixit (inquit) diei ſeptimo, & ſanctificauit illũ quod operari fuit. Sicut Salomon opus fecit cùm templum dedicauit. Illum autẽ diem ſanctificaſſe dicitur, quia eum prę cęteris myſtica benedictione donauit. Vnde *Exo. 20.* in lege. Memento ſanctificare diem ſabbati: vel compleuit Deus die ſeptima opus ſuum, hoc eſt, perfectum & conſummatum vidit.

Quomodo intelligatur Deũ compleſſe op⁹ ſuum die ſeptima.

Benedictio diei ſeptimæ.

Dist. 16

De creatione hominis.

Decurſis ſupradictis de creatione hominis, videamus, inquirentes quomodò, & qualis ſit homo factus, exinde qualiter ſit homo lapſus, tertiò qualiter ſit reparatus. In Geneſi ergo legitur,

Faciamus

Quomodo homo ſit factus. Faciamus hominē ad imaginem et ſimilitudinem noſtrā. Dicendo faciamus, vna opera triū perſonarum oſtēditur: dicēdo, noſtram, æqualis ſubſtātia triū perſonarum oſtēditur, vel mōſtratur. Ex perſona enim patris hic dicitur ad filium, & ad ſpiritū ſanctum, nō ad angelos, quia Dei et angelorū nō eſt vna imago, vel ſimilitudo.

Qualis factus eſt homo. Deniq; factus eſt homo ſecundū mentē ad imaginē Dei propter memoriam, intelligentiam, & dilectionem. Ad ſimilitudinē verò In quibus cōſideratur imago & ſimilitudo. propter innocētiam et iuſtitiam, quæ in mēte hominis naturaliter ſunt. Vel imago in alijs omnibus. Similitudo verò in eſſētia animę, quia & immortalis & indiuiſibilis eſt. Vnde Aug. Anima ſimilis facta eſt Deo, quia immortalem et indiſſolubilem fecit eam Deus. *In li. de quantitate animæ c. 2.* Quomodo homo dicitur imago Dei. Imago ergo pertinet ad formam, ſimilitudo ad naturam.

Homo etiā dicitur imago Dei. *1. Cor. 11.* Vnde

Vnde Apoſtolus. Vir eſt imago & gloria Dei: quod de mente dicitur propriè, & tamen de homine dicitur, in quo eſt ipſa imago. Sicut & pictura, & tabula in qua eſt ipſa pictura, imago dicitur.

De tri. l. 7. c. 6. in fine. Notandũ quoq; quòd homo imago dicitur, & ad imaginem: filius verò imago tantùm, quod quare ſit Auguſt. dicit. Homo ita imago dicitur, quòd & ad imaginem, quia non æquatur parilitate, ſed accedit quadam ſimilitudine: Filius autem eſt imago, ſed non ad imaginem, quia æqualis eſt patri. Ecce ſecundum proprietatem mẽtis homo eſt ſimilis Deo, ſed etiã corpus eius hoc indicat, quod eſt in cælũ erectũ. **Homo dicitur imago & ad imaginẽ Dei: filius verò ſolùm imago.**

Diſt. 17

De creatione animæ Adæ.

Proinde factura corporis & animæ deſcribitur Adę cùm dicitur, *Geneſ. 1.* Formauit Deus, quãtum ad corpus, hominẽ de limo terræ. Item, Et inſpirauit in faciẽ ſpiraculum vitæ, quantum ad animam. Vel **Quòd nõ** ſecundum

ſecundum alios, flauit vel ſufflauit, nõ quòd manibus corporeis, vel faucibus factum intelligamus eſſe, ſed volendo & iubendo fieri. Spiritus enim De⁹ eſt, nõ corpus, qui quæcunque voluit, fecit. Inſufflauit autem, hoc eſt, flatum fecit, non quidem de ſua ſubſtantia. Flare enim eſt flatum facere, id eſt, animam. Vnde per Eſaiam. Omnem flatũm, hoc eſt, animam ego feci. *c.57. ſecundum tranſlationẽ. 70*

Quomodo anima ſit creata. Fecit enim Deus animam Adæ ſecundum Aug. cum angelis ſine corpore, ſecundum verò alios, in corpore creata eſt, vt totũ corpus animaret. Faciem verò, quia præ cęteris partib⁹ corporis, ſenſibus ornata eſt, nominatim expreſſit. Verùm quicquid de anima Adæ fuerit, de alijs tenendum, quòd in corpore creentur: creãdo enim infundit eas Deus, & infundendo creat. *Super Gene. li. 7. c. 25. & 27.*

Qua ætate creatus fuerit Adam & vbi? Fuit Adam in virili ętate cre-

De Gen. ad lit. li. 6. c. 13. atus (vt ait Aug. ſuper Geneſ.) Non autē in paradiſo factus eſt homo, ſed extra, & ita in paradiſo *Gene. 2.* poſit⁹, ſicut ſcriptura docet. Tulit (inquit) domin⁹ hominē, et poſuit eū in paradiſo voluptatis, quem plātauerat à principio. Per quod ſignificatum eſt, quòd ad meliora *Aug. li. 8. de gen ad lit. c. 3.* homo proficere deberet. Paradiſus autem iſte localis intelligitur, qui ab illo principio plātat⁹ accipi poteſt, quo terram, herbas, & ligna producere iuſſit Deus. Vel à principio, hoc eſt, in oriente. Vnde antiqua litera dicit ad orientem. Eſt autē illic locus amœniſſimus, magno fonte fœcundus, & lignis diuerſi generis ac fructuoſis decorus. Inter quæ eſt vnum lignum, vitæ vocatum, eò ſcilicet: quia diuinitus hanc vim accepit, vt qui ex eius fructu comederet, eius corpus ſtabili ſanitate & perpetua ſoliditate firmaretur, nec in deterius, & in

An paradiſus ſit corpore⁹.

Deſcriptio paradiſi.

occaſum

Lignũ ſciẽtiæ boni & mali. occaſum laberetur. Eſt etiam ibi lignum ſcientiæ boni & mali, non ideo ſic dictum, quòd arbor mala eſſet, ſed quia propter prohibitionem erat in illa tranſgreſſio futura, qua homo experiendo diſceret, quid inter bonum obedientiæ, malumq́ue inobedientiæ eſſet. Cognouit enim homo priuſquàm hoc lignum tangeret, bonum per experientiam & prudentiam: malũ verò per prudentiam tantũ. Vſurpato autẽ vetito, etiã per experientiã malum cognouit. Nec meliùs conſideratur, quãtum malum ſit inobedientia, quàm cùm ideo reus factus intelligitur homo, quia rem prohibitus tetigit, quę tangenti nõ obeſſet, ſi nõ prohiberetur. Si enim rem venenoſam prohibitus tangis, pœna ipſa non tam ex prohibitione, quàm ex natura rei ſequi videtur. Dum igitur rem bonam prohibitus tangis, ex

Quomodo homo cognouerit bonũ & malũ.

Quomodo optimè conſideratur inobedientia.

ſola inobedientia pœna eſſe, ſicut ex obediẽtia palma demõſtratur. Diſt. 18

Geneſ. 2. Denique in paradiſo formauit Deus mulierem de ſubſtãtia viri: Sicut ſcriptura dicit. Immiſit (inquit) Deus ſoporem in Adam: cunq; obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & ædificauit eam in mulierem. De formatione mulieris.

Ex Aug. lib. de gen. ad lit. ca. 13. Facta eſt igitur mulier de latere viri, non de capite, aut de pedibus, Quia nec domina, nec ancilla ei parabatur. Si enim de capite facta eſſet, videretur viro ad dominationem præferenda: & ſi de pedibus, ad ſeruituten ſubijcienda, ſed de latere facta eſt, vt per hoc oſtenderetur, quia in cõſortium creabatur dilectionis viri, & adminiculum generationis. Quare facta ſit de latere viri mulier.

Non auté ſimul facta eſt cum viro, ſed vir ſolus priùs, de quo ipſa poſtea, vt per hoc imago Dei in homine appareret. Sicut enim Quare Adam priùs & non ſimul Eua creata ſit

Deus

Deus eſt principium totius creationis, ita Adam eſt principiũ generationis. In quo etiam ſuperbia diaboli retũditur, qui principium eſſe iniquè vſurpare voluit.

Quare de viro dormiente mulier facta ſit?

Quòd autem facta eſt mulier ſopore miſſo in Adã, Sacramentum Chriſti & eccleſiæ fuit. Sicut enim mulier de latere viri dormientis formata eſt: Ita eccleſia de ſacramentis, quæ de latere Chriſti dormientis in cruce profluxerunt, aqua & ſanguine abluta à culpis, redempta à pœnis. Sic igitur corpus mulieris de corpore viri traductum eſt, quod non ſimiliter de anima intelligere licet, quę non eſt ex traduce. Hierony. enim anathematis, vinculo obligat illos, qui eſſe animas ex traduce dicũt, inducẽs autoritatẽ de propheta. Qui finxit ſigillatim corda eorum, hîc ſatìs (inquit) innuit propheta, quòd non animam de anima facit Deus, ſed ſigillatim

Ex Aug. li. 12. de ciuitate Dei c. 26

Iohã. 19

Quod anima nõ ſit ex traduce?

Super Pſal. 32

animas de nihilo creat.

Diſt. 19

De ſtatu hominis. De primo hominis ſtatu ante lapſum videlicet. De hominis ſtatu poſt lapſum.

Occurrit hîc triplex de ſtatu hominis cõſideratio, qualis. ſ. homo fuerit ante peccatum, & poſt peccatũ, & in reſurrectione erit. In primo itaq; ſtatu habuit homo poſſe mori, et poſſe nõ mori. In ſecũdo ſtatu. ſ. poſt peccatũ, habuit poſſe mori, et nõ poſſe nõ mori. In tertio ſtatu habebit poſſe non mori, et nõ poſſe mori. Vnde Au. Primũ de limo terrę formatũ eſt corpus animale nõ ſpirituale, cum quali etiã reſurgemus. Illùd enim ante peccatũ, mortale et immortale erat, quia poterat mori et nõ mori, quod per peccatũ mortuũ factũ eſt. vt Apoſt. ait. Nõ enim hoc corp⁹ eſt mortale, ſicut primi hominis fuit, ſed deterius, quia neceſſitatẽ habet moriẽdi. Quod mutabitur in ſpirituale, nec poterit vltrà diſſolui, cùm induerit immortalitatem. Filij enim reſurrectionis nõ poterunt vltrà peccare, nec

Super Gene. li. 6. ca. 19. & 24.

Rom. 5. 1. ad Cor. 15.

care, nec mori.

Vnde immortalitas Adæ ante peccatum.

Videtur autẽ immortalis fuiſſe caro Adę ante peccatũ de cõditione naturę, adiuuãda, tum per ciborum alimoniam, tum per eſum ligni vitæ perficiẽda. Vnde Aug. Caro Adæ ante peccatum ita immortalis creata eſt, vt per alimoniam cæterorum lignorum, quæ iuſſus erat manducare ſeruaretur, donec productus ad ætatem conditori placitam, ipſo iubente ſumeret de ligno vitæ, quo perfectè immortalis factus, vltrà cibi alimenta non requireret. Nec mouet quod ait Auguſt. ſcilicet. Quodãmodo creatus eſt homo immortalis, quod erat ei de ligno vitæ, non de conditione naturæ. Cui ſenſui congruunt verba domini dicẽtis de Adam, poſt peccatum. Videte nè fortè ſumat de ligno vite, & viuat in æternum.

Li. quæ. veteris et no. te. cap. 19.

Super Gene. li. 6. ca. 25.

Gene. 2.

Obiectio. An primi parentes

Sed adhuc cõtradicũt quidam, putantes primos parentes non

indiguiſſe cibo ante peccatum,& dicũt.Si non peccarẽt,non morerẽtur:nõ autem peccarẽt ſi nõ comederẽt,quia poterãt ſine alimonia viuere.Quib⁹dicitur,quòd nõ ſolùm peccarẽt de vetito edẽtes, ſed etiã cõceſſis non vtẽtes. Fuerat enim vtrumq; pręceptũ.ſ.iſtis vti,& illo abſtinere. Vnde Aug. in mandatis vtrumq; continebatur,vt de conceſſis manducarent, & ab interdicto abſtinerent.

cibo ante peccatũ indiguiſſent?

Reſpõſio

Loco ſuperiùs citato in quæſt. noui & vet. teſt.

Itẽ ſi nõ peccarent,famem non ſentirẽt,cùm ea ſit pœna peccati. Sine fame autem ſuperfluè comederent. Ad quod dicitur. Fames verè pœna peccati eſt.Eſt enĩ immoderat⁹ appetitus edẽdi.Cui nõ ſubiaceret homo ſi non peccaſſet, haberet tamẽ naturalẽ appetitum & moderatum , cui etiam ante peccatum ſatisfacere oportuit.

Alia obiectio.

Reſpõſio

Diſt.20

Quare in paradiſo nõ coierũt primi parentes?

Creati autem primi parẽtes in paradiſo nõ coierũt.Quia creata muliere, mox tranſgreſſi ſunt,& eiecti.

ciecti: Vel quia De⁹ nõdũ iuſſerat vt coirẽt, poteratq́; diuina expectari autoritas, vbi concupiſcentia non angebat.

Vbi genuerunt primi parentes.

Ceterũ de paradiſo emiſſi, genuerunt. Quib⁹ honorabiles nuptiæ & torus immaculat⁹ ibi eſſe non potuit ſine ardore libidinis, ſine labore pariẽdi. Quia credẽdũ eſt, illos ante peccatũ genitalibus mẽbris imperare potuiſſe, ſicut & cæteris in quolibet opere, ſine aliquo pruritu voluptatis. Sed poſt peccatũ, motũ illũ meruerũt, per quẽ nuptiæ verè ordinãt: cõtinẽtia cohibet. Infirmitas enĩ prona ĩ ruinã turpitudinis, excipitur honeſtate cõiugij, et quod ſanis eſſet officium, ægrotis eſt remedium.

Quomodo ante peccatũ genuiſſent?

Quales fuiſſent filij ante peccatũ pcreati?

Poteſt autem dubitari, Si ante peccatũ genuiſſent, vtrũ mox geniti perfecti fuiſſent, ſtatura corporis, & ſenſu animi, velut Adã, cùm conditus eſſet, aut per interualla tẽporũ, vt modò, ſic proficerent?

cerent? Vtiq; nihil horũ quod autoritate definitũ eſt, occurrit: Niſi quòd forte neceſſe erat paruulos naſci (vt Aug. ait) propter vteri neceſſitatẽ. Hoc autẽ certum eſt, quòd propriè infirmitati mentis congruit, hęc infirmitas carnis. ſ. quòd homini nato, nec pedes idonei ad inceſſũ, nec man⁹ ſaltẽ habiles ſunt ad ſcalpẽdum, quod aliter eſt ĩ pluriũ animaliũ pullis, q mox nati currũt, & matrẽ ſequuntur.

De pecca. me. et remiſ. 37

Reſpõdet Bãdinus.

Deniq; ſi quis eos ſecũdũ animã, per temporis interuallum profecturos eſſe dixerit, nõ vrgebitur, ideo cõfiteri ignorãtiã, quæ pœna peccati eſt, in eis potuiſſe eſſe ante peccatũ. Quippe non oĩs qui aliquid neſcit, & min⁹ perfectè ſcit, ſtatim ignorat, quia ignorãtia nõ dicitur, niſi cùm id quod ſciri & non ignorari debet, neſcitur: talis ignorantia pœna peccati eſt. Talis autẽ erat hominis ſtat⁹ ante peccatũ, vt dictũ eſt, de quo ſi non peccaſſet,

Quid de ſenſu animę ſit tenendum.

caſſet, trãſferendus erat cum vniuerſa poſteritate, ad perpetuę felitatis amorem.

Diſt. 21. De inuida tẽtatione diaboli. Vidẽs igitur diabol⁹, p̃ humlitatẽ poſſe aſcẽdere hominẽ, vnde per ſuperbiã ipſe ceciderat, inuidit ei, & ideo ad tentãdũ eum, deijciendũq; acceſſit. Verũ quia ei⁹ malitia timida eſt ad tẽtãdã virtutẽ, nõ virũ, in quo pl⁹ rationis vigere ſciebat, ſed infirmã mulierẽ ꝓpoſuit:

Quare dęmon in aliena forma venit? Ne autẽ fraus eius perciperetur, non in propria forma, ſed in aliena venire voluit. Itaq; permiſit ei Deus, formã ſuę malitiæ cõgruẽtẽ ſcilicet ſerpentis, per quẽ tentaret, quem ſpiritu ſuo diabolus implẽs (vt Auguſt. ait) ſapientiſſimum omniũ beſtiarum fecit. Indè dicitur ſerpẽs callidior cũctis animãbus terrę. Nõ quidem ex rationali anima, ſed ſpiritu diaboli, quo adimplebatur, qui ſapiẽtiſſimus eſt. *Geneſ. 3.*

De tentationis modo. In hac itaq; forma, mulieri adſtitit dicens. Cur præcepit vobis De⁹ ne co- *Geneſ. 3.*

ne comederetis de omni ligno paradiſi ? Cui mulier. Ne fortè moriamur. Quo dicto aditum ſeducēdi aperuit,ac ideo protinus ſubiunxit. Nequaquam moriemini. Scit enim Deus, quòd in quocunque die comederitis ex eo,aperientur oculi veſtri,& eritis ſicut dij,ſciētes bonū et malū.

Vbi diabolus tentauit hominem tribus modis, Gula, vana gloria,auaricia.Gula perſuadēdo cibum dicens:In quocunque die comederitis. Vana gloria, promittendo deitatem,dicens:Eritis ſicut dij. Auaricia, promittendo ſcientiam, dicēs:Scientes bonum & malum.Eſt autem gula immoderata cibi auiditas: Vana gloria propriè excellētię:Auaricia enormis cupiditas habendi, quæ non tantùm pecuniæ eſt, ſed omnis illius quod ſupra modū ambitur.

Homo eſt tribus modis tétatus.

Quid Gula? Vana gloria? Auaricia?

Nota etiam hîc ordinem humanæ perditionis. Primò affirmauit

De ordine

& progreſſu humanæ perditionis.

mauit Deus dicẽs. In quocũq; die comederitis ex eo, morte moriemini. Deinde mulier dubitando dixit. Ne fortè moriamur. Tertiò diabolus negauit dicens. Nequaquam moriemini. Dubitans ergo ab affirmante receſſit, & vt periret, neganti appropinquauit.

Diſt.22 De peccato hominis.

Denique videns lignum, quòd eſſet pulchrum viſu, & ad veſcẽdum ſuaue, credẽs verbis ſerpentis comedit, dedítque viro ſuo, in quo (diabolo ſuggerente) vterq; peccauit. *Gene.3.*

An caſũ hominis præceſſerit elatio in animo eius?

Videtur tamen quòd tentationem præceſſerit eorum peccatum, eò quòd dicat Auguſt. ſuper Geneſ. Nõ eſt putãdum quòd homo deijceretur, niſi præceſiſſet in eo quædã elatio comprimẽda. Item. Quòmodo verbis tentatoris crederet mulier, niſi menti eius ineſſet amor propriæ poteſtatis, et de ſe ſupba præſumptio? quod ſi ita eſt, non alterius priùs ſuggeſtio- *Lib.11. cap.5.* *Li.de Gene.ad literã.11. c.30.*

ſuggeſtione peccauit homo: Cùm autoritas tradat, ideo peccatũ diaboli eſſe incurabile, quia nõ ſuggeſtione, ſed propria ſupbia cecidit, Hominis verò curabile, quia non per ſe, ſed per alium cecidit, ideoq; per alium ſurgere potuit.

Aug. de Gene. ad literam loco pri' citato.

Ad hoc autẽ dicimus, quòd elatio tentationem non præceſſerit, ſed prohibitæ comeſtionis opus. Hoc enim ordine actũ eſt. Prçceſſit ſeducẽtis tentatio, ſecuta eſt in homine mẽtis elatio, acceſſit tertiò inobedientis tranſgreſſio.

Reſpõdet obiectioni.

Ordo trãſgreſſionis.

Talis autẽ fuit elatio mulieris, vt vellet habere Dei ſimilitudinem, putãs id eſſe verum, quod dixerat diabol'. Eritis ſicut dij. Quç elatio nequaquã fuit in viro, nec fuit ſeductus, vt ait Apoſt: Nõ credẽs eſſe verum quod diabolus ſuggerebat. ſ. Deũ: lignum ideo tangere prohibuiſſe, quòd ſciret eos ſicut Deos futuros, ſi tetigiſſent. Sanè cùm videret Adam mulierem ac-

Quç fuerit elatio mentis vtriuſq;?

Geneſ. 3.

1. Ti. 2.

cepta

cepta illa eſca corporaliter non mortuam, ſicut credebat, mox aliqua inhæſit menti eius elatio, qua cuperet & ipſe lignum vetitum experiri. Non enim fuit ſeductus Adam vt Apoſtolus ait: In eo inquam, in quo mulier, vt crederet ſcilicet illud eſſe verum, eritis ſicut dij: ſed in eo eſt deceptus, quòd putabat illud peccatũ veniale eſſe. Vnde Auguſt. Inexpertus diuinæ ſeueritatis Adam, in eo falli potuit, vt veniale crederet illud eſſe commiſſum.

1. Tim. 2.

In quo fuerit ſeductus Adam.

Li. 11. de Geneſ. c. 42.

Porrò videtur quòd et vir voluit eſſe ſicut De⁹: Vbi enĩ dicitur. Quæ nõ rapui, tũc exſoluebã, ait Aug. Rapuit Adam & Eua præſumẽtes, vt diabol⁹, de diuinitate rapere voluerunt diuinitatem, & perdiderũt felicitatẽ. Itẽ Aug. ſuper illud. Deus quis ſimilis erit tibi? Qui per ſe vult eſſe vt Deus, peruerſè vult Deo ſimilari, vt diabolus, qui noluit eſſe ſub eo: Et homo

Quorũdã ſententia quòd Adã etiã ambierit eſſe vt Deus.

Pſal. 68. Super illũ locũ, quæ non rapui.

Pſal. 82.

homo,qui vt ſeruus,noluit teneri præcepto,ſed voluit vt,nullo ſibi dominante,eſſet quaſi Deus.Item ſuper illud Pauli ad Philip.ſecũdo Non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. Quia non vſurpauit, quod ſuum non eſſet, vt diabolus & primus homo. Ad quod dicunt. Ideo hoc Adã voluiſſe,quia mulier de eo ſumpta, illud voluit. At qualiter peccatũ in mundum intrauit per vnum hominẽ?Reſpõdẽt.Quia per mulierẽ intrauit de viro factam.Mulier enim,priuſquã vir, peccauit.

Tract. 17.ſuper Iohan. Iohã.5. ſed et patrẽ ſuum dicebat Deum.

Reſponſ. Quæſtio alia. Reſponſ.

Meliùs autem videtur quibuſdã,quòd etiã Adã ambierit ſicut Deus eſſe,ſed quia nõ credidit id fieri poſſe, nõ adeò exarſit,vt mulier,quæ hoc fieri poſſe putabat: ideoq; magìs ambiẽdo ſupbiuit. Minùs ergo vir peccauit q̃ mulier.

Vter eorum plùs peccauerit?

Pro eo etiam intelligitur vir minùs peccaſſe, quia vt ait Aug. De venia & de pœnitentia cogitauit,

Quòd vir minùs peccauit quàm mulier.

Super Gene.li.

ſtauit, & de Dei miſericordia: Putauit enim vtrumq; poſſe fieri, vt & vxori morem gereret, & per pœnitentiã veniam haberet. Idem quoque videtur ex eo, quòd mulier in ſe, in Deũ, & in proximum peccauit. Vir verò tãtùm in ſe & in Deum. Ex eo etiam apparet, quòd grauiùs mulier punita eſt, cui dicitur. In dolore paries filios. *l.11.c.24.*

Aliter idẽ probat.

Ex punitione idẽ probat.

Huic autem contrarius videtur Aug. loquẽs de excuſantibus peccatũ. Ideo enim (inquit) nõ cõfitetur Adã peccatũ, ſed dicit. Mulier quã dediſti mihi, dedit mihi et comedi. Mulier quoq; nõ cõfitetur, ſed in alium referens ait. Serpens decepit me, & cõmedi in impari ſexu, ſed pari faſtu peccauerunt, hoc eſt, pari ſuperbia. Pariter ergo peccauerunt. At hæc tria peccata parentum, in negotio noſtræ perditionis diſtingue. In peccatum tranſgreſſionis ſcilicet, & excuſa- *Super Gene. li. 11. c. 35.*

Opponit contra id quod dictum eſt, virũ minùs peccaſſe.

R tionis

tionis, in quibus pro pari ſcientia, & ſuperbia peccauerũt pariter, & peccatũ elationis, in quo pro diſpari ambitione (vt dictũ eſt) alter altero plúſue minúſue peccauit.

De ſummo bono li.6.c.17

Alia obiectio cõtra idem.

Obijcitur etiam, quia cũ tribus modis (vt Iſidorus ait) peccetur, Ignorantia. ſ. infirmitate, & induſtria, grauiuſque ſit peccare induſtria quàm ignorantia: Videtur Adam plùs peccaſſe, eò quòd ſcienter peccauit, nec enim ſeductus fuit. Mulier autem ſeducta fuit, vt dictum eſt, vt per ignorantiam excuſanda videatur. Ad quod dicendum eſt, Quòd ignorãtia Euæ excuſari non poteſt, quia ſcire potuit, ſed noluit. Erat enim ratione & ſcientia prædita, præſertim cùm ſciret ſe mandatũ contra diaboli ſuaſionem accepiſſe. Ipſa enim dicit. Præcepit nobis Deus. Eis autem aufertur excuſatio ignorantiæ (vt ait Auguſt.) Qui mandata Dei nouerunt.

Reſponſ.

Geneſ.3.

Ad Valentinianum.

Deniq;

De tripli-ci ignorantia. Denique ignorantia alia eſt affectata, vt eorũ, qui ſcire poſſunt & nolunt, in quibus eſt ipſa peccatum. Alia eſt poſſeſſoribus ingrata, eorũ videlicet, qui ſcire volũt et nõ poſſunt, in quib' eſt pœna peccati, & nõ peccatũ. Alia eſt ſimplex, vt eorũ qui ſimpliciter neſciũt: In quibus etiã peccatũ eſt. Vnde Auguſt. Aliud eſt neſciſſe, aliud eſt ſcire noluiſſe. Quia in eis, ꝙ intelligere noluerunt, ipſa ignorãtia peccatũ eſt. In eis verò ꝙ non potuerũt, pœna peccati. Ignorãtia verò eorũ, ꝙ tãtũ ſimpliciter neſciunt, nullũ ſic excuſat, vt æterno igne nõ ardeat, ſed forſan vt min' ardeat. Eſt autẽ affectata, vĩcibilis. Ingrata, inuincibilis. Simplex verò, partim eſt vĩcibilis, & ſic ad pœnã imputatur: partim inuincibilis, et ſic à maiori pœna excuſat. *Vbi ſuprà.*

Diſt. 23. Quare nõ fecit De' hominẽ meliorẽ? Hîc quærit aliquis. Cur fecerit Deus hominẽ talẽ, qui ſeduci poſſit? In quo nõ ueritillé magnificẽti'

R ij cum

cũ homine eſſe actũ. Sic enim fact' homo, in natura habuit poſſe, & in poteſtate velle non conſentire ſuadenti, iuuante Deo: & eſt glorioſius nõ conſentire, quàm tentari non poſſe. vt quærunt homines.

Queritur etiã, Cur creauit Deus quos ſciuit malos eſſe futuros: Ideo ſcilicet. Quia quid boni de malis eorum facturus eſſet, præuidit. Sciebat enim eos profuturos bonis, quare non fruſtra eos creauit. Alia quæſtio. Reſponſ.

Quæritur etiã, Cur non talem fecit Deus hominẽ, qui nec peccaret? Vel ſi peccaret, Cur non in meliorem ſtatum eum reparauit cùm poſſet? Ad hæc & huiuſmodi, quæ curioſiùs quærit, etiam iners ſic reſponde. Poſſet reuera. Sed cur nõ fecit? Quia noluit. Cur noluit? Ipſe nouit. Non quæras, pro eo quod ſcriptum eſt. Non plus ſapere quàm oportet. Nec enim vas figulo dicit, Cur me ſic feciſti? Cur Deus hominẽ impeccabilẽ non creauit. Rom. 11.

feciſti?

De tripliciHominis ante lapſum ſcientia.

Deniq; fuit homo ante lapſum triplici cognitione præditus, Creatoris ſcilicet, rerum creatarum, & ſui. Creatorem enim noſcebat, non tamen ſic perfectè, qualiter ſancti in futuro, facie reuelata cognoſcēt. Nec in enigmate, qualiter nunc videmus, ſed quadam propinquiori intelligentia, qua Dei præſentiam cōtemplabatur.

Quomodo homo ſciētiam habuit de creatore.

Rerum quoque cognitionem habuit, quod patet per hoc, quia cunctis animantibus nomina impoſuit, quæ propter illum creata, et ab illo regenda fuerāt. Proinde & ſui cognitionem habuit, intelligens quid ſuperiori, & æquali, & inferiori deberet. Nec enim reus eſſet tranſgreſſionis, ſi hoc non nouiſſet.

Quòd creaturarū ſcientiam habuit homo.

Sui cognitionem habuit.

Quòd ſi quęritur, vtrùm circa ſe futura prænouerit? Dicimus, quòd magìs ei facienda indicta ſunt, quàm futura reuelata. Non

ergo fuit homo præſcius ſui caſus, ſicut & de angelo dicimus.

An homo præſci' fuerit ſui caſus.

Hîc ſciendum eſt, quòd homo creatus fuit in voluntate recta, datumque fuit ei auxilium, quo in ea rectitudine ſtare poſſet, non autem mereri ſalutem, niſi alia ſibi gratia daretur. Vnde Auguſtinus. Sic factus eſt homo rectus, vt manere in ea rectitudine poſſet, non tamen ſine Dei adiutorio: quod ſi angelo, vel homini, cùm primò facti ſunt, defuiſſet, non vtique ſua culpa cecidiſſet. Illud autem erat libertas arbitrij, ab omni corruptione immunis, voluntatis etiam rectitudo, omniumque naturalium potentiarum ſynceritas & viuacitas. Ad hoc autem quod diximus, hominem per hæc ſine alia gratia non poſſe proficere, obijcitur. Per illud auxlium gratiæ creationis, potuit homo manere in bono, potuit ergo reſiſtere malo, quod

Diſt. 24. De gratia hominis & de potẽtia ante caſum.

In ench. c. 107.

De adiutorio homini in creatione dato quo ſtare poterat.

Obiectio.

quod ſi feciſſet, profectus eſſet ei, & vitæ meritum. Ad quod dici-

Solutio. mus. Quia reſiſtere malo tunc demum vitæ meritū eſt, cùm cauſa ſubeſt, quæ nos id facere monet, qualis nunc eſt corruptio peccati, quæ tūc in homine nō erat. Alioquin meritum non eſt quod in angelis apparet, quib⁹ nō fuit ſtare meritū. Declinare enim à malo, ſemp̃ vitat pœnam, ſed nō ſemper meretur palmam.

Diſt.25 De libero arbitrio.

Nūc de libero arbitrio videam⁹, differentes, vbi ſit, & quid ſit, & vnde dicatur, quorū etiā ſit, & ad quæ pertineat. Eſt autē liberū ar-

Quid liberū arbitrium? bitriū in voluntate & ratione. Eſt enī facultas voluntatis et rationis,

Quare liberum? propter voluntatē quæ cogi non poteſt, liberū dictū: propter rati-

Quare arbitrium? onē verò arbitriū, quæ arbitratur et dijudicat inter bonū et malum: Indè igitur dicitur liberū arbitriū, ꝙ liberè & ſpōtaneè ducatur, vel ad bonū eligēdū, nō tñ ſine auxilio

gratiæ, vel ad malum in quod per ſe ſufficit.

Quòd ſuperior deſcriptio non conuenit Deo nec glorificatis.

Porrò ſecundum hæc non videtur in Deo eſſe liberum arbitrium, cùm Deus malum eligere non poſſit. Vnde etiam Hierony. ait. Solus Deus eſt, in quem peccatum cadere non poteſt, cætera cùm ſint liberi arbitrij, in vtrãque partem flecti poſſunt. Similiter, nec in glorificatis, qui malè velle nõ poſſunt. Vnde Aug. Primum, liberum arbitrium fuit, poſſe non peccare. Nouiſſimum non poſſe peccare. Medium autem, poſſe peccare, & poſſe non peccare.

In homilia de filio prodigo ad Damaſum.

De ciuitate Dei li. 22. ca. 30.

Quòd in Deo ſit liberũ arbitrium.

Sanè liberum arbitrium eſt in Deo. Vnde Ambro. ſuper illud. 1. Corinh. 12. Diuidés ſingulis prout vult, hoc eſt, pro liberæ voluntatis arbitrio, non pro neceſſitatis obſequio. Ipſa ergo voluntas diuina, quæ non neceſſitate, ſed liberè omnia facit, prout vult, eſt in Deo liberum arbitrium.

In lib. de fide 2. cap. 3.

In

In glorificatis eſt liberũ arbitrium. In glorificatis etiam eſt liberum arbitrium. Vnde Aug. Nõ carebit homo libero arbitrio, quia ſic erit, vt malè velle nõ poſſit. Multò quippe liberius erit arbitrium, quod omnino non poterit ſeruire peccato, neque aut volũtas non eſt, aut libera dicenda nõ eſt, quia ſic beati eſſe volumus, vt eſſe miſeri, non ſolùm nolimus, ſed nequaquam prorſus velle poſſimus. Vt igitur tam Deo quàm hominibus, & nunc, & in futuro liberũ cõueniat arbitrium, indè dici videtur, quòd ſine coactione poteſt eligere, quicquid ratio decreuit eligendum. *In ench. cap. 105.* *Liberius erit arbitriũ, quãdo peccare nõ poterit.*

Generalis liberi arbitrij deſcriptio. *De quadripertito ſtatu liberi arbitrij.* Hîc nota quatuor hominis ſtatus in libero arbitrio. Ante peccatũ ſcilicet, quãdo nihil impellebat ad malũ, nihil impediebat ad bonum. Poſt peccatum ante reparationem, vbi premitur à concupiſcentia & vincitur. Poſt reparationem verò ante confirma-

quę eſt naturæ, perdidit ſequẽtes, quę ſũt gratię. Liberũ enim arbitriũ eſt, ille qui deſcẽdẽs à Hieruſalẽ in Hierico vulneratus eſt in naturalibus, ſpoliatus in gratuitis bonis. Vnde Aug. Malè vtens homo libero arbitrio, & ſe perdidit, & ipſum totum peccati ſeruituti ſubiugauit.

Luc. 10.

In encb. cap. 30.

De inæqualitate libertatis arbitrij.

Patet igitur ratione ſupradicta, liberum arbitrium eſſe ſemper, & in ſingulis: non tamen pariter eſt liberum in ſingulis. In malis enim ſimpliciter eſt liberum, per eam libertatem, quæ eſt à neceſſitate. In redẽptis verò liberius eſt, propter eandem, & eam quoque quæ eſt à peccato: Vnde in eis liberatum dicitur. In glorificatis verò erit liberrimum, omnimodam habens libertatem ad bona, non ad mala. Quantum ad ſe igitur, liberum eſt, non pariter ad bona et mala. Eſt enim liberius ad malũ, quod per ſe poteſt,

quàm

quàm ad bonum, quod niſi gratia adiuuãte nõ poteſt. Hinc ergo patet duas eſſe libertates liberi arbitrij, malam.ſ.& bonam. Mala igitur & nõ vera libertas eſt,cùm ratio diſſentit à volũtate iudicãs, quod voluntas appetit non eſſe faciendum.Bona verò libertas & vera eſt,vbi ratio voluntati concordat.Cæterùm hoc nõ de pluribus eſſentialiter, ſed de vna eademque libertate diſſerimus.Nec enim eam in hæc duo quæ dicta ſunt,niſi per officia geminamus. Velut homo ſingulariter vnus, idemque bonus aliquando eſt, aliquando verò malus, quaſi alius & alius.

Quòd duæ ſint libertates.

Mala libertas.

Bona libertas.

Nunc ſciendũ, quòd liberum arbitrium nec ad præſentia pertinet,nec ad præterita: quod enim eſt vel fuit,ſic determinatum eſt, vt non ſit in libero arbitrio tunc, quando eſt vel fuit,vt ſit vel non ſit,fuerit vel nõ fuerit.Ad futura igitur

Ad quæ pertinet liberũ arbitrium.

igitur tantũ pertinet, nõ tamẽ ad ea, quæ an proueniãt an nõ, in poteſtate nõ habet, ſed ea tãtùm, quę vt ſint, vel non ſint, bona maláue volũtatis libertate poteſt eligere.

Diſt. 26 Quid ſit voluntas. De gratia operãte & cooperante.

Eſt autẽ voluntas, animi motus, nullo cogente ad aliquid, non admittẽdũ vel adipiſcẽdũ. Vt autem malũ nõ admittat, et bonũ adipiſcatur, gratia Dei præuenit eam & ſubſequitur. Vnde Apoſtol⁹, Nõ eſt volẽtis neq; currentis, ſed Dei miſerentis. Quod non ita dicitur, quaſi voluntas hominis ſola ſine Dei miſericordia non ſufficiat ad bonũ. Sic enim econuerſo dici poſſet. Nõ eſt miſerẽtis Dei ſolius, ſed volũtatis hominis, cùm id miſericordia Dei ſola non impleat. Pro eo ergo dictũ eſt, vt totũ Deo tribuatur, qui hominis voluntatẽ bonam, & præparat adiuuãdã, & adiuuat præparatã. Nolẽtẽ enim præuenit vt velit, volẽtem ſubſequitur ne fruſtra velit. Rom. 9.

Conſtat

Cõſtat ergo ex iſtis, voluntatẽ hominis per ſe nõ velle efficaciter bonũ ſine Dei gratia. Hanc autem gratiam ſequitur voluntas: gratia enĩ præcedit nullo vocãte merito, dicẽte Aug. Gratiam Dei nihil meriti præcedit humani, ſed ipſa meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici volũtate comitãte, non ducente: pediſſequa, non præuia.

Quòd bona volũtas comitatur gratiam.

Auguſt. epiſtola 106. ad Bonifa.

Hæc autẽ gratia fides Chriſti eſt, quæ impetrat, quod lex imperat, Quę etiam iuſtificat, vt ait Apoſtolus: Iuſtificati ex fide pacem habemus ad Deum. Præcedit autẽ, ſicq; liberat à ſeruitute peccati, vt piè viuat in Chriſto. Vnde Au. Arbitriũ ipſũ poſt ruinã liberãdũ eſt à ſeruitute peccati. Nec omnino per ſeipſũ, ſed per ſolã gratiã Dei, quę in fide Chriſti poſita eſt, liberatur, vt volũtas ipſa præparetur. Ex his cõſtat, voluntatem bonam ex fide eſſe.

Quæ ſit gratia volũtatẽ præcedens.

Rom. 5.

In enc. c. 106.

Videtur tamẽ fides ex volũtatę prouenire

Quòd ſi-

des ex volũtate videatur ꝑcedere. prouenire, pro eo quod ait Apoſt. Corde creditur ad iuſtitiã. Non (inquit Aug) ſimpliciter ait, creditur, ſed corde creditur, quia cætera poteſt homo nolens, credere nõ niſi volẽs: Itẽ ſuper Geneſ. vbi Labã & Bathuel dixerũt. Vocem⁹ puellã, et quęram⁹ eius volũtatem: dicit expoſitor quidã ſuper Gen. Fides eſt nõ neceſſitatis ſed volũtatis. Sed hæc & his ſimilia non pro eo dicuntur, quòd fides ex volũtate proueniat, ſed quia non venit fides niſi in eum qui vult credere, cuius bonã volũtatẽ præuenit, non tempore, ſed autoritate & efficacia. *Ro. 10. Super Iobãnẽ tract. 26* *Gen. 24.* *Li. 1. de prædeſtin. ſanctorum, cap. 2.*

Inſtãtia. Hæc autẽ quæſtio fortiùs ingrauatur ex verbis Auguſt. tractãtis illud. Nõ quòd ſufficientes ſim⁹ cogitare aliquid quaſi ex nobis. Quis (inquit) nõ videat priùs eſſe cogitare quã credere? Nullus quippe credit aliq̄d, niſi priùs cogitauerit eſſe credẽdũ. Ex hoc manifeſtè *2. ad Cor. 3.*

niſeſtè liquet, quòd cogitatio boni (quæ voluntatis eſt) præcedat fidem, & ita bona volũtas fidem præcedat, non præueniatur, quod prædictis aduerſari videtur. Ad quod dicimus, quòd cogitatio boni vel voluntas, vtique præcedit fidem, non tamẽ illa qua rectè viuitur, ad quam hoc ordine venitur, ſcilicet, Præcedit intellect⁹ boni, Sequitur concupiſcentia eiuſdem, tertio eſt bona voluntas vel delectatio. Quod Aug. diſtinguens ibi. Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas. Concupiuit deſiderare (inquit) non deſiderauit. Videmus enim aliquando ratione, quàm vtiles ſint iuſtificationes Dei; ſed non deſideramus. Præuolat ergo intellectus, ſequitur tardus aut nullus affectus. Scimus bonum nec delectat agere, & cupimus vt delectet. Oſtẽdit itaque quibus gradibus ad eas veniatur. Primus enim

Solutio.

Ordo deueniendi ad bonã fidem.

Pſa. 108 Aug. ſuper eun. locũ pſal.

enim eſt, vt quã ſint vtiles, videas. Deinde vt earũ deſiderium concupiſcas: Poſtremò vt proficiente gratia, earum operatio delectet te. Si hoc igitur attẽdis, tota expirat quæſtio. Vt enim piè viuas, priùs intelligis bonum: Secũdò cogitas quòd non ex te, ſed ex Deo eſt: Tertiò operari delectaris, quãdo iam per fidẽ & charitatem bona facta eſt voluntas, qua ſola rectè viuitur, ipſaque fidei comes eſt, nõ præuia. Eadẽ tamen quædam gratiæ dona pręcedit, que. ſ. iuſtificatũ ſequũtur. Vnde Aug. Pręcedit bona volũtas hominis, multa dona Dei, ſed nõ omnia. Quæ autem nõ pręcedit, ipſa in eis eſt, & ipſa iuuat, quia nec tẽpore ab eis pręceditur, et eis cõſẽtit ad bonũ.

Aug. ponit grad⁹ quibus deuenitur ad Dei iuſtificationem.

In enchi. c. 32.

Vt autem euidẽtiùs, quæ dicta ſunt, innoteſcãt, ſciendũ eſt, quòd bonorũ, alia ſunt maxima, alia minima, alia media. Maxima, quibus rectè viuitur et nemo malè vtitur.

De triplici genere bonorũ.

Minima ſunt, ſine quibus rectè viui poteſt. Media ſunt, ſine quib⁹ rectè non viuitur, quibus vtriſque bene & malè vtimur. Vnde Aug. lib. 1. retract. Virtutes quib⁹ rectè viuitur, magna bona ſunt. Species verò corporum, ſine quibus rectè viui poteſt, minima. Potentię verò animi, ſine quibus rectè viui nõ poteſt, media. Deniq; virtutibus nemo malè vtitur: Cęteris verò bonis, bene et malè vti poteſt. Porrò virtute ideo nemo malè vtitur, quia op⁹ virtutis eſt bon⁹ vſus iſtorũ, quib⁹ etiã malè vtimur. Nemo autem bene viuendo malè vtitur.

In quibus bonis ſit liberum arbitriũ.

Cęterũ, liberum arbitriũ inter bona media eſt, quia & eo malè vti poſſum⁹, & illud eſt, ſine quo rectè viuere nequim⁹. Bon⁹ igitur vſus eius, opus virtutis eſt. Sicubi autem legitur, quòd bonus vſus liberi arbitrij, virtus eſt, Virtus ibi pro eius opere accipitur.

Diſt. 27

De virtute & eius merito.

Virtus igitur eſt (vt Aug. ait) bona qualitas mẽtis, qua rectè vi-

uitur, & qua nemo malè vtitur, *Li.2.de*
quã ſolus Deus in homine opatur. *l.ar.c.18*
Vt de iuſtitia Aũg. dicit ibi. Feci *Pſal.118.*
iudiciũ & iuſtitiã. Iuſtitia magna
virtus eſt, quã nõ facit in homine
niſi De⁹, Ideoq; cũ ait. Feci iuſtitiã,
nõ ipſã virtutẽ, quã nõ facit homo
ſed op⁹ eius intelligi voluit. Sic et
Fides nõ ex homine, ſed ex Deo eſt. de cæteris dictũ eſt. Secũdum hoc
enim, de fide apoſt. ait. Gratia eſtis *Ephe.2.*
ſaluati per fidẽ, et hoc nõ ex vobis.
Dei enim donũ eſt, hoc eſt, fides
nõ vi naturę veſtræ eſt, quia donũ
Dei purè eſt. Hęc gratia operãs dicitur,
qa volũtatẽ ſanat, et ad bonũ
pręparat et cooperans iuuat, qa eã
in benefaciendo iuuat. De hac etiã
merita veniũt. Vnde Aug. ad Six.
presbyterũ. Quid eſt meritũ hoĩs
ante gratiã, cũ omne bonũ noſtrũ
meritum non facit, niſi gratia?

Quomodo bonũ meritum in homine conſtituatur. Ex gratia enĩ et libero arbitrio, *Epi. 105*
meritũ puenit, hoc modo, velut ex
fide et libero arbitrio act⁹ vel affectus
bon⁹ mẽtis efficitur, credere

ſcilicet, quod eſt primũ meritum: ſimiliter ex charitate & libero arbitrio diligere, ita de cæteris, per quæ merita & ſibi augmentum, et nobis iuſtificationem, & vitam merentur virtutes.

De muneribus virtutum.

Hęc tamẽ merita pro autoritate principij ſimili gratię dãtur. Vnde etiam ipſa gratia dicuntur. Vnde Aug. Cũ coronat merita noſtra, nihil aliud coronat q̃ munera ſua. Vnde vita ęterna, quę meritis redditur, gratia vocatur, quia gratìs datur, nec ideo gratìs, quia meritis nõ datur, ſed quia per gratiã dantur & ipſa merita quibus dantur.

Ad Six. presbyterũ epiſto.105.

Aliorum ſententia de virtute.

Alij tamẽ dicunt, Virtutes eſſe bonos vſus naturaliũ potẽtiarum, interiores & exteriores, qui per corpus geruntur, opera virtutum dicentes. Ad hoc autem ideo monẽtur, quia dicit Aug. ſuper Iohã. Quid eſt fides? Credere quod non vides. Itẽ Charitatẽ voco motum animi. Ex hoc inquiũt. Si charitas & fi-

Ratio eorum.

Tra.40

Li.3.de doc.chri. cap.10.

Solutio. & fides mot⁹ animi ſunt, virtutes ergo motus animi ſunt. Sic enim hęc per cauſam dicta eſſe intelligendũ eſt, quòd charitas eſt mot⁹ animi, hoc eſt, virt⁹ qua mouetur animus ad diligẽdum. Itẽ fides eſt credere quod non vides, id eſt, gratia qua creditur, quod nõ videtur. Aliud eſt autẽ quod creditur, aliud quo creditur, aliud ipſum credere. Denique ſi virtus eſſet motus mẽtis, iã non ex ſolo Deo eſſet, vt ſuperiùs comprobatur. Verũ etiã ex libero arbitrio, ex quo omnis mot⁹ mẽtis eſſe, ex duabus verbis Aug. oſtenditur. Animę inquit ſi libero arbitrio ad faciendum vel nõ faciendũ animi motu carent, ſi deniq; his abſtinendi ab opere ſuo poteſtas nulla cõceditur earũ peccatũ tenere nõ poſſumus. Nõ eſt ergo virtus, mot⁹ mentis. Hoc enim ſi eſſet, iã nõ ex virtute liberũ arbitriũ eſſet bonum quod verùm eſt, ſed ex bono, liberũ ar-

In lib. de duabus animab⁹ cap. 12.

bitriũ virt⁹ eſſet, quod falſum eſt. Diſt.28
Poſtremò ſubijciẽdũ eſt de Pelagiana hęreſi, q̃ gratię aduerſatur. Hęc ergo omniũ recẽtiſſima à Pelagio monacho exorta eſt, q̃ gratię inimica, ſine gratia credit hominem poſſe facere oĩa mandata diuina, quã ad hoc dari hominib⁹ dicit, vt quæ facere ꝑ liberũ arbitriũ iubẽtur, facili⁹ per eã impleãt. Deſtruit etiã orationes quas eccleſia facit, vel ꝓ infidelib⁹ vt cõuertãtur, vel pro fidelib⁹ vt perſeuerẽt, tradens hoc nõ à Deo, ſed à ſeipſis habere homines. Paruulos etiã ſine originalis peccati vinculo aſſerit naſci.

De hæreſi Pelagianorum.

Pelagiani ergo hęc dicentes, de verbis Aug. contra ipſũ, ſic diſputabant. Si non poteſt homo ea facere quæ iubẽtur, nõ eſt ei imputandum ad mortẽ, vt tu ipſe Aug. dicis. Quis (inquit) peccat in eo quod caueri non poteſt? Peccatur autem, caueri igitur poteſt.

In lib. de lib. arbitrio. 3. ca. 18.

Diſputatatio Pelagianorũ contra Auguſt.

Aug. ſentẽtia cõtra Pelag.

Li. retr. li. 1. c. 9.

Sed hoc de voluntate ſe dixiſſe

Aug.ait.ac ſi diceret, Quis neceſſitate ad morté peccat,nó volúte?Volútas enim eſt qua peccatur, & rectè viuitur,ſed niſi Dei gratia liberetur, ea rectè viui nó poteſt. *Aug.in li.de duabus animabus. ca.12.*

Aliud à Pelagianis malè intellectum.

Item.Peccati(inquit)reũ teneri quẽquam, quia nó fecit quod nó potuit, ſũmę inſanię eſt.Cur ergo paruuli,et qui nó habẽt gratiã,ſine qua nó poſſunt facere mãdata, rei ſunt?Sed illud dixerat Aug.ſpecialiter contra Manichęos,duas naturas in hoĩe eſſe dicẽtes. Vnã ex Deo bonã,alterã ex gẽte tenebrarũ malã, adeò quòd bonũ velle non poſſet.Quod ſi eſſet,nó videretur ei imputãdũ,cur nó faceret bonũ. Deniq; videtur Au.huic doctrinę gratię in pleriſq; aduerſari. Dicit enĩ. In poteſtate hoĩs eſt mutare volũtatẽ in meli⁹. Itẽ. In poteſtate noſtra eſt, vt vel ĩferi bonitate Dei vel excidi ei⁹ ſeueritate mereamur. Itẽ.Noſtrum eſt credere et velle: quod autẽ bonũ operamur Dei eſt. *In.1.li. retr.c.15.* *In li.cõ. Adimãtũ manichæi diſ.c.26* *Eodẽ li. cap.27.*

S iiij Sed hæc

Aug. li. retract. 1. ca. 23. Sed hęc qualiter intelligamus, ipſe aperit his verbis. Eadem regula vtriuſque eſt volendi & faciendi. Vtrumque enim Dei eſt, quia ipſe præparat voluntatem. Et vtrũq; noſtrum eſt, quia non fit niſi nobis volentibus. Omni igitur perfidia euacuata, id de gratia & libero arbitrio indubitãter teneamus, vt Heronymus docet. Liberum ſcilicet ſic eſſe arbitrium, vt dicamus nos Dei auxilio ſemper egere, & tam illos errare, qui cùm Manichęo dicunt, hominem peccatum vitare non poſſe, quàm illos, qui cum Iouiniano hominẽ nõ poſſe peccare aſſerunt. Vterq; tollit libertatẽ arbitrij. Nos verò dicimus hominẽ ſemper peccare & nõ peccare poſſe. Hæc eſt fides quã in catholica didicim⁹ eccleſia.

In expoſitione fidei ad Damaſũ Papam, cuius initium Credim⁹ in Deũ.

Diſt. 29 An homo ante peccatũ eguerit gratia operãte.

Poſt hæc ſciendum eſt, hominem ante peccatũ etiam operante gratia egere, Nõ vt ea liberaretur à peccato, ſed vt præparetur ad bonum

bonum efficaciter volendú. Vnde Aug. Nec tunc ſine gratia vllum meritum eſſe potuiſſet, quia & ſi peccatum in ſolo erat arbitrio conſtitutum, non tamē iuſtitiæ habendæ vel retinendæ, ſufficiebat liberum arbitrium, niſi diuinum præberetur auxilium. *In ench. c. 10.*

An homo ante lapſú habuerit virtutes.

Item ſciēdú eſt, quòd charitatē et virtutes habuit homo ante peccatú, Vt his autoritatibus probatur. Ait enī Aug. Adā perdita charitate, malus inuentus eſt. Itē Adā ante peccatum ſpirituali mente præditus fuit. Item Adam quādo ſolus erat, non eſt præuaricatus, quia mens eius adhærebat Deo. Item: Homo ante peccatum beatiſſimus aurā carpebat ętheream. Virtutes igitur habuit quas per peccatum perdidit, propter quod de paradiſo eiectus eſt dicēte domino: Videte ne fortè ſumat de ligno vitæ, & viuat in æternum, quod non ita dicitur, vt viueret *In quæ- dā homi lia ſuper Geneſ. Ambro. ad Sabinum. Ambro. ſuper Pſalm. Geneſ. 3.*

in æternũ ſi comediſſet, ſed modo irati locutus eſt dominus de ſuperbo, & eſt ſenſus. Cauete vos angeli, ne comedat de ligno vitæ, quo eſt indignus, de quo ſi perſtitiſſet, & comederet & viueret in æternum.

Ne verò poſſit ad illud accedere, poſuit Deus ante paradiſum Cherubin, et flammeum gladium atque verſatilem. Quod ita ad literam poteſt accipi. Quia per miniſteriũ angelorũ ignea cuſtodia ibi poſita eſt. Spiritualiter verò intelligi datur, quòd niſi per charitatẽ, quæ eſt plenitudo ſciẽtiæ, temporales pœnas quæ etiã verſatiles ſunt, quia cùm tẽpore vertuntur, ad vitam non reditur. **De flammeo gladio ante paradiſũ.**

Denique peccante Adam, peccatum ſimiliter & pœna per eum trãſit in poſteros. Vnde Apoſtol⁹, *Rom. 5.* Sicut per vnũ hominẽ peccatũ in hũc mũdum intrauit, ita et in homines omnes mors ꝑtrãſijt. Quod Pelagiani Diſt. 30 **Quòd oẽs reos fecerit peccatũ Adæ.**

Pelagiani malè de peccato imitatiõis dictũ eſſe putauerũt. Nec enĩ Adã, ſed diabolũ ei⁹ principẽ diceret Apo. ſi de eo intellexiſſet de quo in ſapientia dicitur. Inuidia diaboli mors intrauit in mũdum. Imitãtur enim eũ, qui ex parte ipſi⁹ ſũt. Nõ ergo de illo, ſed de peccato ꝓpagationis, vel originis dicit Apoſt. quòd per Adã trãſijt in cẽs cõcupiſcibiliter generatos. *Sapiẽ. 2.*

Quid peccatũ originale. De quo multi variè ſẽſerũt. Quibuſdã putãtibus illud, nec culpam eſſe, nec pœnã, ſed reatũ, vel debitum, vel obnoxietatem, quo iure pœnæ addicimur, ꝓ peccato primi hominis, velut ſeculi lege: nõnũq̃ exulãt filij ꝓ crimine patris, quod nõ contraxerunt. Porrò & culpã eſſe et pœnã, his autoritatib⁹ probatur. Ait Greg. Omnes ex carnis delectatione concepti, culpã originalẽ nobiſcũ cõtraxim⁹. Auguſtinus quoq; ait. Peccatum primi hominis nõ ſolũ ipſum, ſed omne gen⁹ necauit humanũ, quia

Habẽtur hæc verba in gloſa ſuper Exo. 13. primogenitũ à ſui.

De natura & gratia.

Auguſt. ſuper Pſal. 50 Ecce in iniquitatibus. ex eo dānationem ſimul & culpā ſuſcepimus. Idē. Nemo naſcitur, niſi trahens pœnam & meritum pœnæ, quod eſt peccatum.

Originale peccatū dicitur fomes peccati, id eſt, cōcupiſcentia. Hoc autem non eſt motus vel actus animæ, vel corporis, ſed fomes peccati, qui dicitur cōcupiſcentia, & lex carnis, & membrorum, & languor naturæ, tyrannus quoque qui eſt in noſtris membris. Vnde Aug. Eſt in nobis cōcupiſcentia, quæ non eſt permittenda regnare. *De verbis apoſtoli ſermone 12.* Sicut & eius deſideria, quę ſunt actuales concupiſcentiæ, quæ veniunt ex lāguore naturæ. Lāguor autē iſte eſt tyrānus, qui mouet mala deſideria.

Quid per concupiſcētiā intelligatur Hæc autem cōcupiſcentia non eſt ipſe actus concupiſcendi, ſed vitium cum quo naſcimur. Vnde Auguſtinus. Quæ eſt concupiſcentia in qua nati ſumus? Vitium vtique eſt, quod paruulū habilem cōcupiſcere, adultū etiā concupiſcentem facit. Non igitur tantùm

imitando

imitãdo Adã, tranſgredimur, ſed etiam naſcimur ex eo peccatores. Vnde Aug. Adam præter imitationis exemplum, occulta ſuæ carnalis concupiſcentiæ tabe, in ſe omnes tabefecit de ſua ſtirpe venturos. Inde Apoſtolus ait. In quo omnes peccauerunt, hoc eſt, in quo homine, in quo velut in materia omnes fuerunt, vel in quo, id eſt, in quo peccato. Vnde Apoſtolus conſequẽter, per inobediẽtiam vnius hominis multos dicit peccatores cõſtitutos. Quod ſic eſt accipiẽdum: Quia ex actuali inobedientia Adæ, originale peccatum, hoc eſt, carnalis concupiſcentia prouenit, vt & in illo eſſet, & in omnes pertranſiret, per traducem vtique, quæ carnis eſt, non animæ, in qua ipſum peccatum habitat per cauſam corruptionis, non per culpam. Vnde Ambroſius: Quomodo habitat peccatum in carne, cùm non ſit ſub-

Li. 6. contra Iuli. c. 7. In li. 1. de baptiſmate paruulorum.

Rom. 5.

Quomodo peccatũ originale à patrib' trãſeat in filios.

Quòd propter

In caput 7. ad Roma. ſit ſubſtantia, ſed priuatio boni? Ecce primi hominis corpus, per peccatum corruptum eſt, ipſaque corruptio in corpore manet, cui' conſortio anima maculatur peccato. Per id ergo quòd facti cauſa manet in carne dicitur habitare peccatum in ea. Item, non habitat peccatum in anima, ſed in carne. Quia peccati cauſa ex carne eſt, & non ex anima, quia caro eſt ex origine carnis peccati. Per traducem enim omnis caro fit peccati cauſa, non anima.

corruptionē carnis dicitur eſſe peccatū in carne.

Idem Ambro. paulò inferiùs.

Sed obijcitur, Si tãtùm caro ex traduce eſt nõ anima, quę dudum poſtea infũditur, nõ videtur peccatũ in carne trahi, eò quòd non ſit peccatũ, id quod contractũ eſt, præſertim cùm peccatũ nõ poſſit eſſe in re irrationali, quod caro eſt, ante ſociatã animã. Sed ſciẽdũ, quòd peccatum in carne, eſt ante animã ſociatã per cauſam, nõ per effectũ. Nec ſequitur: Si non eſt peccatum,

Obiectio.

Dilutio.

peccatũ, quod in carne tractũ eſt, ergo nõ eſt peccatũ in carne tractũ, quia nec quod in vtero cõceptũ eſt, homo eſt, et tamẽ in vtero homo conceptus eſt. Nec quod in agro ſatum eſt, ſeges eſt, & tamen in agro ſeges eſt.

An cauſa originalis peccati ſit pœna an culpa.

Per cauſá igitur tãtùm ibi peccatũ eſt, q̃ nõ eſt culpa ſed pœna, pollutio.ſ. et fœditas, ex ardore coit⁹ cõtracta. Cuius cõtagio aĩa mox ĩfuſa fit rea velut liquor ex vaſis vicio ilico aceſcit vel muceſcit.

Quomodò peccatũ trãſeat per traducem.

Per hęc autẽ iã liquidò apparet, quomodo peccatũ ꝑ traducẽ trãſeat. Nec enim ideò, quòd caro ex Adam trahitur, peccatores naſcimur, ſed quia vicioſè per libidinem trahitur. Dum ſibi inuicem vir mulierq́ue miſcentur, non ſine libidine poteſt eſſe eorum concubitus. Ob hoc filiorum ex eis naſcentium non poteſt ſine peccato eſſe conceptus. Vbi peccatũ trãſmittit in paruulos, nõ propagatio, ſed libido, nõ

naturæ fœcunditas, ſed libidinis fœditas. Ex quibus euidenter innuitur, quare Domini caro peccatrix nõ fuit. Quia alia lege quàm noſtra ex Adam deſcendit. Non enim corruptione libidinis, ſed virtute ſpiritus ſancti de virgine concepta eſt.

Voluntarium denique eſt hoc peccatum, quia ex voluntate primi hominis proceſſit. Vnde Aug. Illud quod in paruulis dicitur originale peccatum, nõ abſurdè vocatur voluntarium, quia ex primi hominis mala voluntate contractum, factum eſt hæreditarium. Eſt autem neceſſariũ, quia vitari non poteſt. Vnde propheta. De neceſſitatibus meis erue me Domine.

In lib. 1. retractat. c. 15

Pſal. 24.

Diſt. 32. Quomodo peccatũ originale dicatur voluntariũ.

Sed cùm hoc ſit, Qua iuſtitia, anima à Deo munda creata, illo tenetur? Ideo inquam. Quia eius vitio corpus corruptum, non quia carni condelectetur, dum infundi-

Quare anima munda corpori iungatur.

infunditur, vt quidam volút: Iam enim nó originale eſſet, ſed actuale. Vnde Aug. Nó fuit corruptio corporis, quæ aggrauat animam, cauſa primi peccati, ſed pœna, nec caro corruptibilis animam fecit peccatricem, ſed peccatrix anima carnem corruptibilem fecit.

Lib. de ciuit. Dei. 14. cap. 3.

Vtrùm anima ante baptiſmum talis ſit qualis creata extitit?

Quę anima cùm abſque vitio à Deo creetur, nunquàm tamé ante baptiſmum talis eſt omnino. Protin⁹ enim infuſa maculatur, velut pollutas habens manus, nunquàm tale habuiſti pomum, quale tibi mundis manibus dedi.

Cur innocenté animam nocéti corpori ſociet De⁹.

Non tamé eſt cauſandus Deus, cur innocentem animam corpori ſociet, ſciens eam exinde maculandam, damnandamq́ue, ſi non regeneretur: Hoc enim occultæ ſuæ iuſtitiæ eſt.

An animæ ex creatione ſint æquales in donis naturalibus.

Alias prætereа animas, alijs excellentiores in naturalibus donis creari, nó improbabiliter dicitur, cùm in angelis ita fuiſſe conſtet,

T quòd

quod tamen neq; pœnę neq; vitę meritú eſt. Quia ingenij acumen vel tarditas, præmium vel pœnam in futuro non collocat.

Hoc autẽ peccatum in baptiſmo ſoluitur quantum ad reatum. Vnde Aug. Gratia per baptiſmũ id agit, vt corpus peccati deſtruatur, ne concupiſcentia in carne reſperſa, obſit mortuo, quæ inerat nato. Nec tamen penitus in baptiſmo abſumitur: remanet enim poſt actum in membris. Vnde Auguſtinus. Dimittitur concupiſcentia carnis in baptiſmo, non vt non ſit, ſed vt non imputetur ad peccatum. Quomodo igitur alia peccata pereunt actu, & remanent reatu, vt homicidium & huiuſmodi, ita ecõuerſo fieri poteſt, vt concupiſcentia prætereat reatu, & remaneat actu. Manet enim in vetuſtate carnis, non vt regnet, ſed tanquàm ſuperata iaceat, quæ quotidie minuitur in profici-

De baptiſmo paruulorum li. 1. cap. 39.

De nuptijs & cõcupiſ. l. 1. c. 25. 26. et 27

Quomodo remittatur originale peccatũ in baptiſmo, & tamen poſt maneat cõcupiſcentia.

proficientibus & continentibus, vſque dum perimitur, niſi illicito cõſenſu reuiuiſcat. Manet etiam, quia operatur deſideria, contra quæ dimicant fideles. Quæ igitur ante baptiſmum erat pœna & culpa, pòſt tantùm pœna eſt.

Quomodo à parẽtibus mũdis proles contrahat originale peccatũ.

Hæc autem concupiſcentia, licèt regeneratis non imputetur, quæcunque tamen proles naſcitur, obligatur originali peccato, à parentibus licèt mundis tracto. Nec mirum. Quomodo enim præputium per circunciſionem aufertur, manet tamẽ in eo quem genuerunt circunciſi? Quomodo etiam palea, quæ tanta diligentia ſeparatur, in fructu manet, quæ de purgato naſcitur tritico. Ita peccatum quod in parentibus per baptiſmũ mũdatur, in filijs manet quos genuerunt.

Diſt.33. Quòd nõ aliorum parentũ, ſed Adę peccatũ.

Poſtremò ſciendum eſt, quòd tantũ Adæ, nõ aliorũ parentũ filijs imputatur peccatũ, quòd exinde

probatur. Quia quibus regenera- *filijs imputatur.*
tionis gratia non confertur, ſed
mox nati moriuntur, mitiſſima
In enchi. cap. 93. pœna debetur. Ait enim Aug. Mitiſſima pœna eorũ erit, qui præter
originale peccatum nullum aliud
ſuperaddiderunt. Quod ſi ita eſt,
nõ igitur peccatis omniũ parentũ
obligãtur. Si enim pro illis, & pro
ſuo originali peccato punirentur,
non iam minor, ſed fortè maior
q̃uã eorundẽ parentũ pœna eſſet.
Cui ſenſui cõcordat propheta di-
Ezec. 18. cens. Filius non portabit iniquitatem patris, ſed anima quæ peccauerit ipſa morietur.

Obiectio. His autem contrarium videtur
quod in lege Dominus ait. Egò
Exo. 20 ſum Deus fortis Zelotes viſitans
iniquitates patrum in filios, vſquè
in tertiã & quartã generationem.
Solutio. Sanè hæc non eſſe contraria intelligit, qui quod ibidẽ ſubditur, diligenter attẽdit, hoc. ſ. his qui oderint me. Per quod (vt Hiero. ait)
euidenter

euidẽter oſtẽditur, nõ ideo puniri filios, quia peccarunt patres, ſed quia eis ſimiles quodãmodo hereditario malo Deũ oderũt. De filijs iniquos patres imitãtib' loquitur lex, quos ideo ſpecialiter nominauit, quia maximè filij patres ſolẽt imitari, quos pręcipuè diligũt. *Super Exod.* *Super Ezec.c.18*

Soluit aliam partem obiectionis. Solametiam tertiam quartãq; generationem dixit. Eò quòd ſolẽt patres interdum viuere, donec filios tertios vel quartos generẽt, qui patrũ videntes iniquitatem, impietatis eorum hæredes imitando efficiuntur.

Quod etiã myſticè intelligendum eſſe oſtenditur, ex eo quod parabola dicitur in Ezechiele, q̄d eſt quod inter vos parabolã vertitis in prouerbium? Pater itaque eſt (vt quidam dicunt) primus pũctus cogitationis. Filius verò, conceptio peccati, Conſenſus.ſ. et delectatio, mulieris. Nepos eſt, completio operis vel complendi *Ezec.18.* **Myſticus ſenſus verborũ Exodi.**

decretum conſenſus .ſ. viri, vel patratio peccati. Pronepos autem eſt perſeueratio in eo quod feciſti. Omnes autē primos & ſecundos ſtimulos cogitationū, quos Greci προπαθείας propathias vocāt, ſine quib' nemo eſſe poteſt, nō ęternaliter puniet Deus. Sed ſi cogitata quis facere decreuerit, vel q̄ fecit corrigere noluerit, q̄ mortalia peccata, et tertia, et quarta generatio.

Pſal.50 Nec mouet quod dicitur. In iniquitatibus cōceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea, quaſi in pluribus. Vt enim Aug. ait. Plurale ibi pro ſingulari ponitur, more ſcripturę. Vt ibi. Mortui ſunt, qui quęrebāt animā pueri, de ſolo Herode agens, ſicut & econuerſò, ſingulare ponitur pro plurali. Vt ibi. Ora ergo Deū vt auferat à nobis ſerpentē, cùm nō vnū, ſed plures populus pateretur. **Determinatio eorum quæ opponi potuerūt.** *In ench. cap.44.* *Mat.2.* *Num.21*

Poſtremò quærendū videtur. An peccatum tranſgreſſionis Adę **An actuale peccatum,**

cęteris

Adæ ſit grauius cęteris. cæteris omnibus grauius fuerit, Quod ex eo videtur. Quia totam humanam naturam mutauit, & vitiauit, quod nullum aliud fecit: Et quia pl⁹ omni alió peccato nocuit. Multiplici enim miſerię, tandéq; vtriq; morti ſubdidit, quod nullo alio factũ eſt. Ad quod dicim⁹, quòd nõ eſt putãdũ illud peccatũ maiùs fuiſſe, peccato in ſpiritũ ſanctũ. Nec enim maius, quia totã naturã noſtrã corrupit, ſed quia ab homine cõmiſſùm eſt, quando in eo tota humana natura erat. Nec etiã quia pl⁹ nocuit, maius eſt putãdũ quia minora mala plus quãdoq; nocẽt, ſicut ecõuerſò minora bona plus proſunt. Vel Apoſt. dũ coartaretur, è duob⁹ minus elegit bonum, pluribus tamen profuturum. Sicut etiã baptiſmi ſacramentum prodeſt pluribus quàm altaris, non tamen eſt maius.

Diſt. 34 Poſt prędicta verò de actuali peccato, agamus cõſiderãtes, quę fuit

origo peccati,& in qua re ſit peccatum, & quid ſit peccatum, & quot modis contrahatur. Sciendum, quòd quia ante peccatum nulla res fuit niſi bona,bona itaq; res.ſ. hominis vel angeli natura, exiſtit origo peccati. Vnde Aug. Malam voluntatem vnde dicis ortam, niſi ex bono? Si enim ex angelo vel homine,quid hęc duo erant, priuſquam in eis mala voluntas oriretur, niſi bonum opus Dei,& laudanda natura? Ergo ex bono oritur malũ, nec fuit vnde poſſet oriri niſi ex bono.

De peccato actuali ſecũdũ eius cauſalitatem.

Contra Iulianũ hæreticũ li.1.c.3. quoad ſenſum, ſed 2.li. de nuptijs & concu.c.28.

Cæterùm ex mala voluntate tanquam ex arbore mala, fiunt omnia mala,quæ ad nos pertinẽt, tanquam fructus mali.

Mala volũtas fuit ſecũdaria cauſa malorum.

Similiter nõ in alia re,niſi in bona eſt malum,quod ex Aug.probatur.Malũ nihil aliud eſt, quàm corruptio vel priuatio boni,quæ in bono duntaxat eſt, hoc eſt,in natura: quamdiu itaque natura corrum-

In qua re ſit malũ.

In enc. c.11.& 12.

corrumpitur, ineſt ei bonum quo priuetur, ac per hoc ſi non eſſet bonum, in quo malũ eſſet, prorſus nec malum eſſe poſſit. In quo dialecticorũ regula fallit qua dicũt. Nulli rei ſimul ineſſe duo cõtraria. Cùm enim bona & mala, null' ambigat eſſe cõtraria, nõ ſolũ ſimul eſſe poſſũt, ſed mala omnino ſine bonis, et niſi in bonis eſſe nõ poſſũt. Vnde res mira cõficitur. Vt qa omnis natura, inquãtũ natura eſt, bonũ eſt, nihil aliud dici videtur, cùm vitioſa natura mala eſſe dicitur, niſi malũ eſſe quod bonũ eſt. Indè etiam cùm dicitur homo mal⁹, quid dicitur niſi bonum malũ? Sed bonũ quia homo, malum quia iniquus. Sanè hoc dicendo nõ incidimus in illud propheticum. Vę, qui bonum malum dicunt, vel malum bonum. Illud enim intelligendum eſt de rebus bonitatis & malitiæ, quibus homines boni vel mali ſunt. Vel veluti ſi

Dialecticorum regula fallit.

Tacitæ quæſtionis ſolutio.

Eſaiæ 8.

lut ſi quis dicat. Adulterium bonum vel naturam inquantum natura, eſt malum eſſe.

Contra Fauſtum Manichæū l. 22 Peccatum autem eſt (vt Aug. ait) omne dictum vel factum vel concupitum, quod ſit contra legem Dei. Idem: Peccatum eſt voluntas retinendi vel cōſequendi, quod iuſtitia vetat; Ambroſius quoque ait. Quid eſt peccatum niſi præuaricatio legis diuinæ, & cæleſtium inobedientia præceptorum? Ex quibus manifeſtum eſt, actum malum interiorem, & exteriorem, ſcilicet malam cogitationem, locutionem, & operationē eſſe peccatū. Præcipuè tamē in voluntate peccatū conſiſtit, ex qua tanquā ex arbore mala, opera mala procedūt quaſi fruct⁹ mali. Diſt. 35. Quid ſit peccatū. *De duabus animabus, cap. 27. in lib. de paradiſo.*

Super illū locū Pſal. 57. Supercecidit ignis. Sciendum eſt. Quædā ſic eſſe peccata, vt ſint etiā pœnæ peccatorū. Vnde Aug. Inter primū peccatū Apoſtaſiæ, & vltimā pœnā Gehēnæ ſūt media, quæ et peccata ſunt, Diſt. 36 De varietate peccatorum.

ta ſunt, & pœna peccati. Greg. quoq; ait. Peccatũ quod per pœnitentiam citiùs non deletur, aut peccatum & cauſa peccati eſt, aut peccatũ & pœna peccati, aut peccatũ ſimul et cauſa et pœna peccati. Peccatũ autẽ dicitur cauſa peccati reſpectu ſequẽtis. Pœna verò reſpectu præcedẽtis peccati. Cùm enim peccatũ per pœnitẽtiã non diluitur, mox ſuo põdere ad aliud trahit, quod nõ ſolùm peccatum, ſed & pœna peccati eſt: Quia iuſto iudicio Deus cor peccantis obnubilat: Vt præcedẽtis peccati merito, etiã ĩ alia cadat. Vnde Iohãnes, Qui in ſordib' eſt, ſordeſcat adhuc. Per hoc ſanè videtur, aliquod peccatum, illud.ſ. quod eſt pœna peccati, iuſtũ eſſe. Quia vt Aug. ait. Omnis pœna peccati, iuſta eſt. Sed notãdũ quòd peccatũ dicitur pœna et corruptio vel priuatio boni, nõ per eſſentiã, ſed per efficientiam. Vel velut diuitiæ dicuntur

Super Eze. ho. 11. circa illud. ſed etſi cõuerſus.

Apo. 22.

Li. 1. retra. c. 9.

dicuntur eſſe gaudium, non quia ſint, ſed quia faciunt gaudium.

1. Pet. 2. Sic & in epiſtola Petri. Paſſio iniuſta dicitur eſſe gratia, non quia ſit, ſed quia gratum faciat apud Deum: eam dico patienter toleratam. Sic & peccatum, ſtatim vt ab aliquo fit, à Deo ſeparat, & naturalia bona obtenebrat. Quæ ſeparatio, vel obtenebratio, eſt corruptio & pœna peccati eſſentialiter, & hæc à Deo eſt, peccatum verò non. Quod Aug. ita dicit. Præſcit Deus, ſed non prædeſtinat ea quæ nõ eſt facturus, hoc eſt omnia mala, quæ & ſi ſint aliqua peccata ſimul & pœnæ, ſecundum illud, Tradidit illos De⁹ in paſſiones ignominiæ etc. Nõ tamen peccatum Dei eſt, ſed iudicium, id eſt, pœna.

Lib. 1. de prædeſtinatione ſanctorũ ca. 10.

Eorum autem omnium Deus autor non eſt, quia Deo autore non fit homo deterior. Malum ſanè, & culpa dicitur, quam nequaquam

Diſt. 37 Quòd Deus non eſt autor peccatorum.

quaquã facit, et pœna, quam vtiq; facit. Vnde propheta. Nõ eſt malũ in ciuitate quod Deus non faciat. De hoc tamen Auguſt. dicit, quòd Deus author mali non ſit: ſed quòd hoc dixit, cauſaliter dixit. Inquit enim, hoc idem ita dixi ſicut dictũ eſt. De⁹ mortẽ nõ fecit, quia nõ facit illud pro quo mors infligitur, hoc eſt, peccatũ. Sunt tamen qui exiſtimãt omnẽ volũtatẽ, & actum, à Deo eſſe, eò quòd putãt ea, inquãtum ſunt, bona eſſe. Ait enim Aug. Omne quod eſt, inquãtũ eſt, bonum eſt. Et alibi: Ille ſummè eſt, qui omnino incõmutabilis eſt. Cętera verò quę ſũt, niſi ab illo eſſe nõ poſſũt: quę intãtùm bona ſunt, inquãtũ acceperunt vt ſint. Reſponſio ſecundum Aug. Illa vniuerſitas generi rerum attribuẽda eſt. Non enim colligit niſi ſubſtantias, & naturas, vt ex eiuſdem verbis liquet. Ait enim. Si caſu aliqua fiũt, in mundo

Amos. 3

In li. 83. quæſtionũ. q. 21. quod in li. retractã. exponit l. 1. cap. 26.

Sapientiæ. 1.

In ench. cap. 14.

Quòd omnia inquãtũ ſũt, bona ſunt.

in mundo, nõ prouidẽtia vniuerſus mundus regitur. Quod ſi eſt, ergo aliqua ſubſtantia, vel natura eſt, quæ ad opus prouidẽtiæ non pertinet. Ecce nomen vniuerſi mũdi, naturas vel ſubſtãtias exponit. Naturas autẽ intelligit ea, quæ naturaliter ipſę ſubſtãtię habent, velut intellectum, memoriã etc.

Contra prędictos obiectio.

Porrò facilè probatur, quòd malus actus inquãtum eſt, à Deo nõ eſt, quia inquãtũ eſt, corruptio boni eſt. Quicquid autẽ bonum corrumpit, à Deo nõ eſt, Quia (vt dictum eſt) nihil fit, autore Deo, quo ſit homo deterior: Aliter, Omne quod facit Deus, natura eſt: actus autem malus, nõ eſt natura, ſed actus accidens, defectu boni naturam vitians. Itẽ. Opera diaboli quæ dicuntur vitia, actus ſunt, nõ res. Itẽ: Actus malus peccatum eſt: omne autem peccatum iniquitas eſt, qui actus à Deo non eſt: iniquitas enim per ipſũ facta

Lib. 83. quæſt. 3. In enar. Pſal. 68. ſuper illũ verſũ, nõ eſt ſubſtantia.

non

non eſt, ſed eſt peruerſio, quam fecit homo. Itē: Actus malus velut inuidiæ, nec fuit, nec eſt, nec eſſe poteſt bonus à Deo, igitur nō eſt. Iniquitas enim per ipſum facta non eſt. Item: Si actus malus à Deo non eſt, qui peccatum eſt, falſum eſt, quòd ſine ipſo factus ſit. Dum enim cōmittitur, Deus dat ei eſſe, ergo non ſine Deo fit.

Quomodò intelligatur peccatū eſſe nihil.

Cùm verò ſuprà diximꝰ peccatū eſſe ipſū actū, vel voluntatem, quæ aliquid ſunt: Videmur fortè ab eo diſſētire, quod dicitur, Peccatū eſt nihil. Sed nihil dicitur eſſe ipſum peccatū, nō quia nō ſit aliquid: ſed propter defectum, ad quem ducit: Et quia à verò eſſe, quod Deus eſt, abducit. Hoc enim ſenſu, ipſi homines, quos indubiū eſt aliquid eſſe, aliquādo nihil eſſe dicūtur. Dicit enim Aug. Peccatum nihil eſt, quia nihil fiunt homines dum peccāt. Sic et idolum quoq;, cū ſit aurū, nihil dicitur eſſe in mun-

Super Iohan. cap. 1.

in mundo.

Dist. 38 De volũtate & ſine ex quo ipſa iudicatur.

Sciendum eſt autem, quòd ex ſuo fine penſatur volútas. Vtrùm recta ſit, an praua? Denique rectus finis eſt charitas, ſicut propheta

Pſal. 118 dicit. Omnis cõſummationis vidi finem, latum mandatũ tuũ nimis. Prau9 verò finis cõtrarius eſt huic: *In ench. cap. 121.* Vnde Aug. Tunc rectè fit, quod mandát Deus, vel quod conſulit, cùm ad dilectioné Dei, & proximi refertur. Quod verò ita fit, vt ad charitaté nõ referatur, nõdum fit quomodo fieri oportet, & tunc rectè non fit. Sunt & alia plura, fines voluntàtis, quę omnia ad vnum ſupremum referuntur finem. Vt in hoc exemplo. Volo parare cibum vt pauperem reficiam, hoc fine, vt Deo placeam, & vt vitam æternam habeã, quæ finis eſt omnium bonorũ finium. Finis autem (vt Aug. ait) eſt delectatio, ad quã cura & cogitatione nititur quis peruenire. Intentio autem

Super il lum locũ pſa. Scrutãs cor.

autem interdum pro voluntate, interdum pro éius fine accipitur, quod diligens lector vbicunque occurrerit, ſtudioſè diſcernat.

Diſt. 39 Quomodò voluntas intelligatur eſſe mala.

Notandum autē diligenter eſt, quòd cùm voluntas dicitur eſſe mala vel peccatū, non intelligitur de illa naturali potentia qua volumus, ſed de eius actu, qui eſt velle. Malus ſcil[illegible]et vſus voluntatis, qui de malis nunquàm poteſt eſſe niſi malus: Quod non contingit de actibus aliarum potentiarum. Mali ſunt, ſi contra charitatē ſint. Velut memorare vel intelligere malum, non vt caueas, ſed vt facias. Ipſa verò naturalis potentia, quæ & in paruulis eſt, ſemper bona eſt, vt de imagine in qua creati ſumus, Aug. ait, quòd etiā inter vitia natura bona eſt. *Lib. 15. de trinit. cap. 8.*

Diſt 40 De operibus, quādo ſint bona vel mala.

Opera enim ſecundum finem penſanda dicimus, Vtrū ſint bona vel mala, exceptis quibuſdam, quæ ſic per ſe mala ſunt, vt ex cau-

ſa nulla poſſint eſſe bona. Quod Aug.ita dicit.Ea quæ ſunt,nõ per ſeipſa peccata, nunc ſunt bona, nunc mala,cùm cauſas ſcilicet habuerint bonas, vel malas. Sicut victum præbere pauperi,bonum eſt, ſi ſit cauſa miſericordiæ, & cum recta fide.Et cõcubitus coniugalis, ſi ea fide fiat, vt gignãtur regenerãdi.Hæc rurſus mala ſunt, ſi iactantię cauſa, paſcitur pauper, & ſi ex laſciuia cum vxore concumbitur.

Li. contra mẽdacium cap. 7.

Cùm verò opera ipſa per ſe peccata ſunt, vt furta,ſtupra, blaſphemiæ. Quis dicat cauſis bonis facienda eſſe,vel peccata non eſſe, quaſi furtum fiat diuiti, vt ex eo detur pauperi: vel falſum teſtimonium feratur, vt innocens liberetur?Quod enim facinus, non poſſit rectè fieri, ſi ſemel conceſſerimus in malis actibus, non quid fiat, ſed quare fiat eſſe quærendum, vt quæcunque pro bonis fiant

Non tantùm quære, ſed etiã quid fiat attẽdẽdũ eſt.

Aug. habet in li. cõtra mẽdacium.

nis fiant cauſis, nec ipſa mala eſſe iudicentur?

Diſt 40 & 41. His ergo exceptis quæ per ſe mala ſunt, alia generaliter ex fine iudicãtur. De quibus dicit Ambroſius, Affectus tuus finẽ operi imponit tuo. Et Auguſtinus, Nemo cõputet opera ſua bona ante fidem, quia vbi fides non eſt, bonum opus non eſt. Bonum enim opus intentio facit, intentionem verò fides dirigit. Non valde attendas quid homo faciat, ſed quid cùm facit intendat. *Li. offi. 1. ca. 30. Super Pſal. 31.*

Obiectio ex Aug. Sanè videtur Auguſtinus ſibi contrarius, qui alibi dicit. Bonum aliquando non bene fieri ait, Nemo inuitus bene facit, etiam ſi bonum eſt quod facit. Ad quod diſtingue multiplicem huius nominis (bonum) acceptionem. *De ſpiritu et lit. li. 14. & lib. ſententia. proſ. cap. 172. Denique li. 1. confeſ. c. 12.*

Bonũ eſt multipliciter dictum. Dicitur enim bonũ conditione, vt quæcunque facit Deus. Et licito, quęcunque mãdat vel cõſulit.

 Et ſigno

Et ſigno, vt veteris teſtamenti ſacramenta: Et vtili, quod cuilibet quocũque modo prodeſt: Et fine, vt quòd pro vita æterna ſit habẽda, quod propriè & verè dicitur bonum. Hoc ergo vocabulo ſic diſtincto, agit nonnunquàm quis aliquid, quod rectè negatur bonum, vno prædictorũ generum, rectéque affirmatur alio. Vt ſi quis offerat ſacrificiũ cauſa quęſtus, quod agit, bonum eſt licito. Non eſt autem bonum fine, lege ſcilicet generum eſt bonum, non priuilegio ſingulorum.

Li.1.de lib.arbi. cap.12. Similter li.retrac. 1.cap.9

Aug. interpretatur.

Quod autem frequenter dicitur. Omne peccatum voluntarium eſt, & quòd non niſi voluntate peccatur. De mortali & actuali dicitur. Quod ideo verum eſt: Quia nullum tale peccatũ abſque voluntate fit, vel peccati ipſius, vel ſaltẽ eius, quod eſt peccatum.

Eſt autem volũtas (vt Aug. ait in. 1. libro retractationum) prima Diſt.42
An volũ-

cauſa

tas et eius opus idẽ ſit.

cauſa peccãdi, quæ voluntas cum opere ſuo idem peccatũ eſt. Quia vnus contemptus in vtroque eſt. Minor quidem, cùm in voluntate ſolùm peccatur. Maior verò cùm voluntati etiam opus additur. Ipſa tamẽ diuerſa ſunt. Sicut vnum mandatum eſt, diligere Deum, & proximũ. Ipſa verò diuerſa ſunt. Sicut etiam vnum ſacramentum ſunt ſanguis & caro, ipſa tamẽ diuerſa ſunt. Et vnum verbum ſunt amo, & amas, licèt duæ perſonæ ſint. Peccatum autem admiſſum, ſi actuale eſt, tranſit actu, & remanet reatu, hoc eſt pœnæ obligatione. Originale verò dimiſſum tranſit reatu, et remanet actu.

Differẽtia inter peccatum & delictum.

Dicitur autem peccatum propriè (vt Auguſtinus ait) perpetratio mali. Delictum verò deſertio boni, quaſi derelictio: Indifferẽter tamen pro ſe inuicem ponuntur.

In quæſt ſuper Leuiticum lib. 3. quæſ. 20

De ſeptẽ peccatis mortalibus.

Nota etiam ſeptem vitia principalia eſſe (vt Gregorius ait)

Lib. 31. moraliũ cap. 31.

 ſcilicet

ſcilicet inanem gloriam, iram, inuidiam, triſtitiam, auariciam, gaſtrimargiam, luxuriā. Quæ (vt ait Crhyſoſt) ſignificata ſũt in ſeptē populis, terram promiſſionis tenentibus, quę capitalia vel principalia dicuntur: Eò quòd ex ipſis omnia mala proueniunt, non vtique in omnibus, ſed in ſingulis. Ex ſuperbia tamen omnia mala dicuntur oriri, vnde, Initium omnis peccati, ſuperbia, quæ eſt amor propriæ excellentiæ. Similiter & ex cupiditate. Vnde Apoſtolus. Radix omnium malorum eſt, cupiditas. Quę ſibi aduerſa videntur, niſi intelligas, quòd prædicta vniuerſitas non colligit ſingula peccata in omnibus, ſed ſingula peccata vel diuerſa in ſingulis. Sũt enim nõnulli qui ex cupiditate fiunt ſuperbi, & aliqui ex ſuperbia cupidi, per quod patet, quòd aliquādo ſuperbia ex cupiditate, aliquando cupiditas ex ſuperbia

Lõbard⁹ habet paulò clariùs ꝭ. *k.*

Eccle. 10

1. Tim. vlt.

perbia naſcitur.

Diſt. 43 Eſt præterea quoddã peccatũ cæteris dãnabilius, ſcilicet peccare in ſpiritũ ſanctũ. Quod (vt veritas dicit) neq; hîc remittetur, neq; in futuro. Hoc autẽ peccatũ committit aliquis, cùm poſt agnitionem Dei per gratiam Chriſti, oppugnat fraternitatẽ, inuidiæ facib⁹ agitatus, ſi tamen in hac ſcelerata peruerſitate finierit hãc vitã. Cor enĩ impœnitẽs, quãdiu quiſq; hîc viuit, iudicari nõ poteſt. Hoc autẽ peccatũ, vt qdã dicũt, obſtinatio eſt, vel deſperatio. Eſt autẽ obſtinatio, pertinacia mentis induratæ in malitia, per quam fit homo impœnitens. Deſperatio eſt, qua quis penitus diffidit de Dei bonitate, putans ſuam malitiam diuinã bonitatẽ excedere. Sicut Cain. Quod peccatum dicitur nõ remitti, non quia non ſit ignoſcendũ peccãti, ſi pœniteat: Sed quia tanta labes eſt illius peccati, vt deprecandi

De peccato in ſpiritum ſanctum.

Lucæ 12

Quid obſtinatio.

Quid deſperatio.

Quid ſit peccatũ hoc non remitti.

Geneſ. 4

humilitatem ſubire non poſſit.
1. Iohā. 5 Ideò rectè Iohãnes dicit. Eſt peccatum ad mortem, quaſi perduratum, non pro eo dico, vt quis oret. Quia qui ſic peccat, nullis orationibus hîc vel in futuro iuuari poteſt. Quod autem dicitur: Eſt peccatum in patrẽ, & filium & ſpiritum ſanctum, non ſic accipitur, quaſi trium perſonarum offenſa diuidatur. Sed ibi tria genera peccatorum oſtenduntur, non tamẽ omnium diſtinguũtur, ſed duo remiſſibilium, & vnum irremiſſibilium eſt. Peccare enim in patrem cui attribuitur potẽtia, eſt peccare per infirmitatem. Peccare autẽ in filium, cui attribuitur ſapiẽtia, eſt peccare per ignorantiã, & hæc duo remiſſibilia ſunt. Tertium autem quod irremiſſibile eſt, expoſitum eſt.

Peccare in Patrẽ.

Peccare in Filiũ.

Sunt autẽ & venialia peccata, ſcilicet leuia, quæ tantùm pœnam tẽporalem merentur. Hæc autem

De venialib' peccatis.

per

per ignorantiam vel obliuioné, vel ſurreptionem, vel neceſſitaté, vel fragilitatem carnis, vel inuiti, vel volentes quotidie committimus. De his dicitur. Iuſtus ſepties cadet, hoc eſt, frequenter peccabit. De leuibus enim peccatis hoc ait Salomon, ſine quibus hæc vita non ducitur. Quæ propter nimiã charitatem ſtatim commiſſa dimittuntur. Vnde ibidé ſubditur, & reſurget. In minùs autem perfectis, leui pœnitentia opus eſt. Sufficit enim dominica oratio, & mutua cófeſſio: alioquí poſt mortem grauantur, ſed dimittuntur ſi bonis actibus in vita promeruit homo vt ſibi dimittantur. *Pro. 24.*

Quid deleat venialia peccata.

Diſt 44

Quòd potétia peccandi ſit, à Deo.

Denique ſciendum eſt, quòd ſicut memoria, & intelligentia mali, à Deo eſt: Ita quoque potentia mali. Vnde Aug. Nocendi voluntas poteſt eſſe ab hominis animo, poteſtas autem nó niſi à Deo. Ideoq; diabolus antequam quicq̃ *Lib. 11. de Gen. ad lit. cap. 3.*

Iob.2. tolleret à Iob, ait. Mitte manum, hoc eſt, da poteſtatem. Quæ *Rom.13* omnis (vt Apoſt. ait) à Deo eſt, cui qui reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.

Ne autem per hoc vdeatur, diabolo vel alicui tyranno reſiſtendum non eſſe, ſciendum, Quia tūc reſiſtere non debemus, cùm poteſtate non abutuntur. Vnde & ibi- *Rom.13* dem dicitur. Dei ordinationi reſiſtit. Vir enim iuſtus, ſi ſub rege ſacrilego militet, rectè illi obedit, ſi, quod iubetur, non eſſet contra præceptum Dei, certum eſt: vel vtrùm ſit, certum non eſt: quod ſi poteſtate quis abutitur .ſ. con- *Sermone 6. de verbis Domini.* tra Dei iuſſum; tunc ei parendum non eſt. Quod Auguſtinus per gradus humanarum rerum probat. Non enim parendū eſt procuratori, ſi contra proconſulem iubet, nec ei ſi contra principem: nec etiā principi, ſi contra Deum.

An aliquādo ſit reſiſtēdū poteſtati.

Nullus

Nullus autem peccat, quia poteſtatem habet, ſed quia poteſtate abutitur.

Finis libri de rerũ creatione & hominis lapſu, alijſq́; eò pertinentibus: qui eſt Sententiarũ Bandini ſecundus.

Bandini

BANDINI

Theologi Doctiſs. ac peruetuſti, *ſententiarum libertertius, de verbo incarnato* & hominis reſtauratione.

Περιοχή.

Eclarata Dei natura in primo libro, & mundi creatione atque hominis lapſu in ſecundo: deinceps Chriſti Ieſu incarnationem, paſſionem ac mortem, lapſiq; hominis inſtaurationem, ac perditi recuperationem, pauciſſimis ſed valdè clarè hoc tertiò libro tradit: multa docens de virtutibus tum theologicis tribus, tum quatuor moralibus principalibus: Itē ſeptē donis ſpiritus ſancti, quæ in Chriſto cumulatè fuerunt, & in nobis Chriſti beneficio ac munere (vt Chriſti mors nobis ſalutaris & fructuoſa ſit) ineſſe debēt. Quibus breuē decalogi enarratiūculam cum diſputatione de mēdacio ac periurio ſub libri finem adnectit.

Superiùs

Diſt. I. De verbo ĩcarnato.

SVperiùs de hominis lapſu dictum eſt, nunc de eius reſtauratione videamus.

Cùm venit ergo plenitudo temporis, miſſus eſt fili⁹ Dei in mundum, hoc eſt, in forma hominis mundo viſibiliter apparuit. *Gal. 4.* *Phi. 2.*

Cur fili⁹ carnẽ adſũpſit, nõ pater vel ſpir. ſ.

Non autẽ miſſus eſt pater vel ſpiritus ſanctus, ſed filius tantùm, vt eſſet filius hominis: ne filij nomen ad alterum trãſiret, qui non eſſet æterna natiuitate filius, & ita eſſent duo in trinitate filij. Miſſus eſt ergo filius per aſſumptionem carnis, quam tota trinitas operata eſt, non tamen pater vel ſpiritus ſanctus carnem aſſumpſit. Sicut tota trinitas deſcendit in ſpecie columbæ ſuper Ieſum, & vocem illam, Hic eſt filius meus dilectus etc. operata eſt: ſolus tamen pater illud dixit, & ſolus ſpiritus ſanctus ſuper Ieſum deſcendit. *Math. 3.* *Ibidem.*

Diſt. 2. Aſſumpſit ergo filius huma-

nitatem

nitatem, quo nomine animam & carnẽ intelligo. Vt enim Hierony. ait, confitemur in Chriſto duas integras ſubſtantias, ſcilicet deitatis & humanitatis, quæ ex anima & corpore continetur. Hanc ergo totam cum ſuis proprietatibus aſſumpſit. Vnde Iohannes Damaſcenus. Omnia quæ in noſtra natura plantauit Deus, verbum aſſumpſit, nimirum corpus & animam rationalem atque intellectiuam, & eorum idiomata, hoc eſt, proprietates. Totũ enim totus aſſumpſit me, & totus toti vnitus eſt, vt toti ſalutem largiretur. Quod enim inaſſumptibile eſt, ipſum incurabile eſt.

In expoſitione fidei catholicæ.

Lib. 3. de orth. fide, c. 6.

Cur filius humanitatẽ aſſũpſerit, & quid nomine humanitatis intelligatur.

Porrò in ipſo conceptionis momento, carnem & animam, vt ſtatim perfectus eſſet homo, ſuſcepit. Vnde Gregorius: Angelo annunciante & ſpiritu ſancto adueniente, mox in vtero, verbum caro factum eſt. Et Iohannes Damaſcenus

In moralibus l. 18. c. 27

Quòd verbum ſimul aſſumpſit carnem & animã.

maſcenus. Simul caro, ſimul Dei verbi caro, ſimul caro animata rationaliſq́; & intellectiua. Nec repugnat quod Auguſtinus ait ſuper locum illum, Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt hoc templum: hic (inquiens) numerus perfectioni dominici corporis conuenit. Non enim ita dixit hoc, quaſi poſt tot dies ad ſimilitudinem aliorum conceptuum, animata fuit caro concepta, ſed cùm ab ipſo initio animata fuiſſet (vt dictum eſt) intra tot dies notabiliter per membra diſtincta eſt.

Lib.3. de fide orthodoxa. cap.2.

In epiſtola ad Hiero. Iobã.c.2

Diſt.3. De Chriſti conceptione.

Chriſti autem caro non fuit peccatrix in Chriſto, hoc eſt, alicui peccato obligata, quia ex carnis delectatione nata non eſt, nec poſteà peccauit.

Fuit verò peccatrix in matre, ſed ſuperueniente ſpiritu ſancto, tota mundata eſt. Quinimò (vt ait Auguſtinus) ipſi matri ex tunc collatum

Lib. de natura et gratia, cap. 36.

collatum eſt,ſic deuincere peccatum,vt ei ſoli inter omnes ſanctos non conueniat illud.Si dixerimus

1.Iohã.1. quia peccatum non habemus,ipſi nos ſeducimus. Fuit autem caro Chriſti peccatrici ſimilis, quia eſurijt,ſitijt & cæteris defectibus ſubiecta fuit.

Diſt.4.

Quomodo chriſti incarnatio tribuatur ſſ.

Opus incarnationis autẽ ſpecialiter ſpiritui ſancto attribuitur, vt in ſymbolo. Et incarnatus eſt de ſpiritu ſancto.Et in euangelio,

Mat.1. Inuenta eſt in vtero habens de ſpiritu ſancto: quod non ideo fit, quaſi ſpiritus ſanctus fuerit virgini pro ſemine,ſed quia per operationem ſpiritus ſancti de carne virginis ſumptum eſt,quod verbo eſt vnitum.Quod enim ex aliquo eſt,aut ex ſubſtantia eius eſt, vt filius ex ſubſtãtia patris: aut ex poteſtate,ſicut ex Deo ſunt omnia:Quomodò autor incarnationis dicitur ſpiritus ſanctus. Et cũ hoc patri etiam conueniat,ſpiritui

tamen

tamen qui benignitas dicitur, attribuitur, ideo, quia eximię benignitatis opus exiſtit.

Nec etiam iure infertur, quòd filius ſit ſpiritus ſancti, quia ex eo natus eſt. Nec enim omne quod de aliquo naſcitur, filius eius eſt, vt chriſtian⁹ ex aqua: nec quicquid filius alicuius eſt, ex ipſo naſcitur, vt adoptionis filius.

Quomodo chriſt⁹ dicatur cõceptus & natus de ſſ.

Diſt. 5.

Quis aſſumpſit & quid aſſumptum fuerit.

Quòd perſona naturam aſſumpſit.

Denique ſciendũ, quòd & perſona & natura aſſumpſit naturã, ſed neque perſona perſonã, neque natura perſonam aſſumpſit. Ait enim Aug. de fide ad Petrũ. Vnigenitus Deus in vnitate perſonæ humanam naturam ſuſcepit. Item: Vnigenitus Dei filius ſuſceptione carnis & animæ rationalis, incarnatus eſt. Ecce perſona naturam aſſumpſit. *Cap. 2.*

Quòd natura naturam aſſumpſit.

Quòd autem natura naturam aſſumpſerit, ſic ait Aug. Illa natura quæ ſemper genita manet ex patre, naturam noſtram ſine pec- *Ibidem.*

cato ſuſcepit. Item: Vnigenitus filius patris in forma ſerui & Dei, idem ipſe eſt, quia forma Dei formam ſerui accepit. Forma autem natura eſt. Ait enim Hilarius. Eſſe in forma Dei, non alia intelligentia eſt, quàm in Dei manere natura. Ecce natura aſſumpſit naturam.

Lib. 12. de Trin.

Quòd ſi alibi dicitur, formam ſerui à ſolo filio eſſe ſuſceptam, ſciendum eſt, quòd ibi non natura, ſed alia perſona excluditur. Cæterũ in concilio Toletano videtur reperiri contrarium. Ait enim, Solus filius accepit hominem in ſingularitate perſonæ, non in vnitate naturæ diuinæ. Sed hoc qualiter intelligatur, ſubindè in eodẽ exponitur ſic, hoc eſt, quod eſt proprium filij, non quod eſt commune trinitati. i. propria perſona filij hominem ſuſcepit, non communiter tres perſonæ. Quod alicui poterat videri, quia ſuprà dixerat

Contra obiecta reſpõdet.

dixerat, totam trinitatem formationem ſuſcepti hominis feciſſe. Natura ergo diuina carnem ſuſcepit, vnde & incarnata dicitur. Ait enim Iohan. Damaſcenus. Deitatē dicimus vnitā carni, et vnā naturā Dei verbi incarnatā cōfitemur.

Orthod. fidei lib. 3. cap. 6.

Quòd natura Dei nō dicitur eſſe facta caro.

Non tamē dicitur, quòd natura diuina facta eſt caro, ſicut verbū: quia nec autoritas hoc habet, nec locutionis vſus hoc admittit. Ideò forſan, ne conuertibilitas naturę in naturā per hoc ſignaretur.

Quòd perſona non fuit aſſumpta.

Perſona autem nunquàm aſſumpta fuit, quia non erat ex carne illa & anima, vlla perſona coniuncta, quam verbum acciperet. Denique nec iure dicitur, quòd perſona ſit aſſumpta, quia anima aſſūpta eſt. Anima enim non eſt indiuiduæ naturæ, vel perſona quandiu alij rei vnita eſt perſonaliter, ſed tantū quādo per ſe eſt. Si autē alicubi dicitur homo Chriſt' Ieſus, vel ille homo à verbo Dei

eſſe aſſumptus, velut in pſalmo
Pſal. 64 dicitur. Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti, ita determina, hoc de natura verũ eſt hominis, de perſona autem falſum. Diſt. 6.

Vt autem faciliùs cognoſcatur, quid iſtis propoſitionib⁹ dicitur: Deus eſt homo, & homo eſt Deus, & ſimilibus, breuiter prædicendũ eſt, quòd ex illis, quæ filius Dei ſuſcepit, ſcilicet anima & carne, nulla perſona hominis compoſita eſt. Tunc enim demum ex duobus his perſona componitur, cùm principaliter in eo quod perſona non eſt, conueniunt, vt in cæteris hominib⁹ à Chriſto contingit: Quod ſi in ea, quæ iam perſona eſt, vt in Chriſto fuit, conueniunt, perſonam nõ vtique faciunt, ſed tantùm habentur ab ea, veluti paries, tectum, & fundamentum, ſi factæ iam domui adhibeantur, non domum faciunt, ſed ab ea cui addita ſunt, habentur

Quis ſit ſenſus iſtius, Deus eſt homo.

tantùm

tantùm. Sicut etiam baptiſmus, ſemel baptizatũ nõ mũdat: & conſecratio, ordinatio ; dedicatio, ea quæ iam illis participant, ſecundò adhibita non augent, hoc eſt, nihil conferunt aut mutant, ſed tantùm adhibentur. Sic igitur anima & caro adhibita ſunt filio Dei, velut indumentum membris. Eſt enim filius Dei factus homo, non ita eſſentialiter & verè factus homo, vt tu qui es ipſa compoſita eſſentia animæ tuæ & corporis, ſed eſſentialiter & verè factus eſt homo ſecundum habitum. Vnde Aug. Deus filius pro nobis factus eſt verus homo, quia verã habet humanam naturam. Hoc autem tractat Aug. ſuper illum locum. Habitu inuentus eſt vt homo. Dicit enim quatuor modis aliqua accedere ad aliquid, vt habeantur ab eo. Accedit enim alicui aliquid, vel ita quod mutat nec mutatur, vt ſapientia ſtulto. Vel ita quod

De fide ad Pet.

Quatuor ſpecies habitus.

Philip. 2

mutat & mutatur, vt cibus ſtomacho: Vel ita, quod nec mutat nec mutatur, vt annulꝰ digito: Vel ita quod non mutat, ſed mutatur, vt veſtis corpori, quod genus cõgruit huic cõparationi. Deꝰ enim filius ſemetipſum exinaniuit, formã ſerui accipiẽs, nõ ſuã mutãs, & ſic in ſimilitudinem hominis factus eſt, verum hominem ſuſcipiendo, & habitu inuentus eſt vt homo, hoc eſt, habendo hominem inuentus eſt vt homo. Sic autẽ dicit (vt homo) non (homo) Sicut caro illa dicitur non peccati, ſed ſimilis carni peccatrici. Cũ ergo dicitur, Deus eſt homo, habitus prædicatur, vt ſit ſenſus, Deus habet hominẽ, vel eſt habẽs hominẽ: Vel etiã perſona humanata prædicatur. Quod Caſſiodorus innuit dicens. Factus eſt filius Dei (vt ita dixerim) humanatus Deus. Cũ autẽ dicitur, homo eſt Deus, habitus ſubijcitur, & natura vel

Phili. 2.

Rom. 8.

Caſsiodorus in gloſſa ad Rom. 1.

tura vel perſona prędicatur, vt ſit ſenſus. Homo eſt Deus .i. habens hominē eſt Deus. Si autē factus in propoſitione ponitur, vt Deus fact⁹ eſt homo, ita intellige, hoc eſt, Deus cœpit habere hominem, vel humanatus Deus eſſe. Item homo fact⁹ eſt Deus, id eſt, tertia illa perſona cœpit cū homine eſſe Deus.

Diſt. 7. De prædeſtinatione Chriſti.

Secundum hoc igitur, facile eſt intelligere illud. Qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute. *Rom. 1.* Filius enim Dei prædeſtinatus eſt, hoc eſt, gratia ei præparatum eſt, non vt ſit filius Dei, ſed vt cum homine ſit filius Dei, vt ita gratia ei attribuatur ſecundum naturam perſonæ, velut ſi dicamus: Huic aduocato gratia fit, non vt coram iudice loquatur, ſed vt ſedens loquatur: vt gratia ei fiat, non ſecundum locutionem, ſed ſecundum ſeſſionem. Sic Chriſto gratia facta eſt, non ſecundū filiationem, ſed ſecūdum

hoc quod cum humanitate dicitur filius. Sic & Auguſt. dicit. Nomen quod eſt ſuper omne nomen, donatum eſt ei, ſecundum formam ſerui, id eſt, vt cum forma ſerui diceretur vnigenitus filius Dei. Sic igitur perſona illa dicitur prædeſtinata, vel etiam natura eius humana prędeſtinata dicitur, vt perſonaliter verbo patris vniretur, & tunc ſic exponitur illud. Qui prædeſtinatus, hoc eſt, cuius natura prædeſtinata eſt. Similiter ſecundum hoc intellige illud Auguſt. Tanta ſcilicet eſt vnio vtriuſque naturæ, vt totum dicatur Deus, totũ homo, id eſt, vt illa perſona cum hoc toto, diuinitate ſcilicet, anima, & carne, eorumq; proprietatibus ſit Deus & homo.

Sciendum eſt autem, quòd filius Dei, ex eo quòd hominẽ ſuſcepit, non eſt factus aliquid, hoc eſt, perſona vel natura, quia nec quater- Diſt. 8. Quòd Chriſtus non eſt aliquid

ſecũdum quod homo.

quaternitas in trinitate eſt, nec duæ naturæ Chriſtus eſt, cùm tamẽ ſcriptũ ſit. In duab⁹ & ex duabus naturis vel ſubſtãtijs ſubſiſtit Chriſt⁹, non dicitur: quòd duę ſit, ſed fact⁹ eſt alicui⁹ naturæ, cui⁹ nõ erat priùs. Secundum quod debet intelligi illud Origenis Factus eſt ſine dubio illud, quod priùs non erat, hoc eſt, eius naturæ. Item illud: Alius eſt Dei filius, alius eſt hominis filius, id eſt, alterius & alterius naturæ, ſecundum quod de Deo vel de homine natus eſt. Sic omnia quæ in hunc modum dicuntur, intellige. Nòn igitur filius eſt aliquid ſecundum quod homo, niſi (ſecundum) vnitatem perſonæ notet. Hæc enim dictio (ſecundũ) hoc in ſacramento, aliquando perſonam notat. Vt ſecundum quod homo (hoc eſt, is qui homo eſt) dedit dona hominibus. Aliquando verò naturam vt ſecundum quod homo, paſſus

Origenes ſuper epiſtolã ad Ro.

Aug. ad Felicianum.

Multiplex denotario dictionis ſecũdum.

 eſt, id

eſt.i.humanitas ipſa. Aliquando verò notat ſtatum vel habitum, vt ſecũdum quod homo, prædeſtinatus eſt, vel donatũ eſt ei nomen ſicut prædictum eſt.

Dist.9. De adoratione humanitatis Christi.

Cùm autẽ humanitas in vnam perſonam ſit aſſumpta à verbo Dei, ſimul adoranda eſt cum verbo. Vnde Iohannes Damaſcenus. Chriſtum adoramus cum patre & ſpiritu vna adoratione cum incontaminata carne eius. Et Auguſtinus: Ideò humanitatem in Chriſto adoro, quia deitati vnita eſt. Denique ſi hominem à Deo ſeparaueris, illi nunquã credo, nec ſeruio: velut ſi quis purpuram vel diadema regale ſine rege inueniat, nõ adorat: cum rege autem adorat.

Li.3.de ortho. fide c. 8.

Ex ſermone Domini, Non turbetur.

Diſt. 10 Apud Long. in 8. continetur.

Diſt.11. Vtrùm Chriſtus ſit creatura vel factus.

Licèt autẽ homo ſit Chriſtus, nõ tamẽ ſimpliciter dici debet creatura, vel fact⁹. Nõ enim eſt ille factus (vt Aug. ait) per quẽ facta ſũt omnia

Lib.1.de Trinit.

omnia. Nec creatura eſt,quia per hoc ſequeretur, quòd non eſſet Deus. Deum enim & creaturam immediatè eſſe circa ſubſtantiam, innuit Auguſtinus dicens. Omnis ſubſtantia quæ Deus non eſt, creatura eſt:& quæ creatura non eſt, Deus eſt. Item. Si verbum creatura non eſt, eiuſdem cum patre ſubſtantiæ eſt. Ex quo iuſtè infertur: Si creatura eſt, Deus non eſt. & ſi Deus eſt, creatura non eſt.&: Si eiuſdem ſubſtantiæ cum patre eſt, creatura non eſt. Non ergo ſimpliciter dicimus, quòd factus ſit, ſed ſecundum quid, hoc eſt, ſecundum hominem. Vnde Ambroſius factum ex muliere (dixit Apoſtolus) filium Dei, vt factura non diuinitati, ſed aſſũptioni corporis aſſcribatur: Diſtinctione enim opus eſſe, cùm de Chriſto loquitur, ait Auguſt. ita. Cùm de Chriſto loquimur, quid, & ſecundũ quid, & de quo

Lib.1.de tri.ca.6.

Lib.1.de trinit.

Galat.4.

Lib.1.de trinit.c. 13.

quo & propter quid dicatur, diligens & pius lector intelligat. Hoc itaque attendens dicit: Chriſtus ſecundum quod Deus, ſemper fuit, ſecúdum verò quod homo, eſſe incepit.

Quæritur autem an Chriſtus peccare potuerit? Quod videtur ideo, quia poſſe peccare (vt ſuprà probauimus) bonum naturæ noſtræ eſt, quam totam præter peccatum ſuſcepit, vt totam curaret. Sed ſi hoc eſt, videtur quòd potuit non eſſe Deus, quia eſſe Deum, & poſſe peccare, non conueniunt: Ad quod dicimus ſecundum prædictam diſiunctionem, Quia potuit peccare Chriſtus ſecundum quod homo, nec hoc ſimpliciter dicimus, ſed adijcimus naturaliter. Sic enim ab ipſa conceptione homo aſſumptus, gratia (quam ad menſuram non accepit) confirmatus eſt, vt peccare non poſſet: Naturaliter tamen

Diſt. 12. An Chriſtus peccare potuit?

tamen poſſet.

An angelus peccare poſſit

Quod etiam de angelo, qui minorem gratiam confirmationis accepit, dicimus, vt ſimpliciter peccare non poſſit: Naturaliter autem poſſit. Multo ergo minùs dominus angelorum peccare potuit, qui in ipſo vtero perfectus vir extitit, non ſolùm propter animam & carnem, ſed etiam propter ſapientiam & gratiam.

Diſt. 13.

Qualiter Chriſtus ſapientia profecit.

Ad hoc autem contrarium videtur, quod in euangelio legitur. Ieſus (inquit) proficiebat ætate & ſapientia, & gratia apud Deum & homines. Sed ſecundum prædicta, etiam hoc intelligimus. Dicit enim Gregorius: Iuxta hominis naturam proficiebat ætate, de infantia ad iuuẽtutem. Iuxta eandem etiam proficiebat & ſapientia & gratia: Non quòd ſapiẽtior eſſet, vel magìs gratia plenus per acceſſum temporis, ſed quia eandem

Lucæ. 2.

In gloſſa citatur nomine Gregorij ſed eſt Bedæ homilia 11. ſuper Lucam.

dem

dẽ qua plenus erat à prima cõceptionis hora, paulatim pleniùs ex tempore cæteris demonſtrabat. Proficiebat ergo, hoc eſt, proficere faciebat, ſicut magiſter in diſcipulis ſuis proficere dicitur. Quod autem Ambro. dicit, Senſu hominis profecit, ſicut ſẽſu hominis eſuriuit. Intelligendum eſt, ita dictum eſſe, vt quantum ad viſum hominum, humanus Chriſti ſenſus profeciſſe dicatur. Secundum hoc etiam, patrem & matrem dicitur in infantia à propheta ignoraſſe. Quia ſic habebat ſe tunc & gerebat, quaſi eſſet expers cognitionis.

Lib. de incarnationis dominicæ ſacra. cap. 7.

Eſa. 8.

Diſt. 14
Quòd anima Chriſti ſcit omnia quæ De'.

Ad hęc ſciẽdũ eſt, Animã Chriſti omnium rerũ habere ſciẽtiam, quas Chriſtus ſcit. Quia ſpiritus ſcientiæ non eſt datus ei ad menſuram. Si enim quædã ſciret, quædam non, non ſine menſura ſcientiam haberet. Hoc autẽ Fulgẽtius probat autoritate illa: In quo ſunt

Iohan. 3.

In quodã ſerm.

Col. 2.

omnes

omnes theſauri ſapiẽtiæ & ſcientiæ abſconditi. Ratione conſtat, quia nihil ſcit aliquis quod eius anima ignorat.

Obijcit in cõtrarium.

Sed contrarium videtur, quod dicitur. In nullo, creatura æquatur creatori. Et propheta. Mirabilis facta eſt ſcientia tua. Quod exponens Caſſiodorus dicit. Homo aſſumptus, diuinæ ſubſtantiæ nõ poteſt æquari in ſcientia vel in alio. Sed intelligẽdũ eſt, per omnia, vel perfectè. Licèt enim omnia ſciat anima Chriſti, quæ Deus: nõ tamẽ omnia ita clarè ac perſpicuè capit, ſicut ipſe. Vel in nullo creatura creatori coęquatur, hoc eſt, nihil eſt quod creatori creaturã adæquet. Sed nec illud cõtrariũ eſt. Nemo enim nouit quæ ſunt Dei, niſi ſpiritus Dei, qui ſol' ſcrutatur omnia, ſcilicet per ſe, quia et alijs ſcrutari dat. Vnde & ibidem ſubditur. Nos autem ſpiritũ Dei habemus: quaſi diceret, per quem

Pſal. 138

Reſpõdet Bandin'.

Alterius obiectionis dilutio.

1. *Cor.* 2. *cap.*

profunda

profunda Dei ſcim⁹. Multo magìs ergo anima illa omnia profunda ſciuit, quæ præ omnibus ſpiritum Dei habuit.

Quòd Chriſtus non habuit omnem potētiā Dei.

Non autem habuit potentiam omnem, ne per hoc omnipotens eſſet, et ita De⁹ putaretur. Sed videtur cōtrariū, quod ſuper illū locū. Hic erit magnus, et filius altiſſimi vocabitur, Ambro. dicit. Nō ideo (inquit) erit magnus, quòd ante partum virginis magnus non fuerit, ſed quia potentiā, quam filius Dei naturaliter habet, homo erat, ex tēpore accepturus. Quod cùm dici de perſona non videatur, nec caro poſſet accipere, reſtat de anima intelligere. Sed de perſona tantùm dixit, quæ potentiā quam ab æterno habuit, cum homine per gratiam habere cœpit, ſicut ſuprà de prędeſtinatione dixim⁹.

Luc. 1. c. Aliàs Beda Hom. 23. ſuper Lucam. In gloſſa tamē citatur ſub nomine Amb. et Bedæ.

Diſt. 15. Quod defectus noſtros Chriſtus ſuſcepit.

Illud quoq; addimus, quod noſtros defectus ſuſcepit, velut eſuriem, ſitim, triſticiā, & timorem, cæteroſq;

cæteroſq; generales, quorũ nullus peccatum fuit. Quod propter fomitẽ dicim⁹. Nõ tamẽ omnes ſuſcepit (vt ait Leo papa) ſed eos tãtùm, quos pro nobis ſumere oportuit, nec dedecuit. Nõ enĩ ſumpſit ignorãtiã inuincibilẽ, & difficultatem ad bonũ, quã (vt Aug. ait) omnis homo patitur ab exordio ſuæ natiuitatis. Hęc etiam ideò nõ accepit, quia cõtraria ſunt ei, quod de primo ſtatu hominis habuit.

Lib. 3. de libero ar. cap. 18.

Diſt. 16

An in Chriſto fuerit neceſſitas patiẽdi & moriẽdi.

Quatuor enim ſtatus hominis ſunt, de quibus ſingulis Chriſtus aliquid accepit. Primus ante peccatum, de quo immunitatem à peccato accepit. Secundus poſt peccatum ante gratiam, de quo pœnam. Tertius qui fuit ſub gratia, gratiæ plenitudinẽ. De quarto qui erit in gloria, non poſſe peccare accepit. Hos autem defectus ſicut ipſam carnem ac mortẽ non conditionis neceſſitate, hoc eſt, non ex vitioſa lege naſcendi, quæ

 eſt ne-

Super illud pſal. 21. Clamabo & non exaudies. eſt neceſſitas noſtræ conditionis, ſed miſerationis volũtate ſuſcepit. Secundũ hoc ergo intellige quod Aug. ait. Nõ verè timebat dominus pati: quia nõ verã cauſam timoris habuit. Vnde Hila *Li. 10. de trini. ante me.* Habuit Chriſt⁹ ad patiẽdũ corpus, ſed nõ naturã ad dolẽdũ, vel nõ verè timuit, hoc eſt, nõ ita, vt timor animæ ſuæ dominaretur dimouẽs eũ à rectitudine: Fuit enĩ in eo propaſſio nõ paſſio (vt ait Hier) *Super Matth. ca. 26.* Verè timuit, id eſt, vero timore nõ ficto.

Habuit etiã neceſſitatẽ moriẽdi: vt enim ſtatutũ eſt omnibus hominibus ſemel mori, ita etiã Chriſtus eadem neceſſitate & iure naturæ, ſemel oblatus eſt. **Chriſtus neceſſitatem moriendi habuit.**

Cæterùm ſciendum eſt, quòd Chriſt⁹ ſicut duas habuit naturas, ita & duas volũtates. Vnde Aug. *Super Pſal. 33. ...26 Mr.* Chriſtus in paſſione duas expreſſit in ſe volũtates, ſecundum duas naturas. Ait enim, Pater ſi fieri poteſt, trãſeat à me calix iſte. Ecce volũtas hoĩs, quã ad diuinã mox **Diſt. 17 An Chriſti volũtas ſẽper impleta ſit.**

dirigẽs ait: Verũtamẽ nõ ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. Petijt ergo trãſitũ calicis, ſed nõ obtinuit, cui videtur cõtrarium illud pſal. Impleat Dñs omnes petitiones tuas. *Pſal. 19.*

Volũtas hominis Chriſti duplex eſt. Sed voluntas hominis Chriſti diſtinguẽda eſt, ſecundũ affectum ſenſualitatis, quo voluit nõ mori. Et ſecundũ affectũ rationis, quo omnino voluit mori, ſecundum quẽ loquitur ſpiritu ſuo. Nec cõcupiuit in hoc caro Chriſti aduerſus ſpiritũ: qa ſecũdũ volũtatẽ Dei & ſpirit' ſui, hoc petijt. Nõ qdẽ, vt quod petebat, obineret, ſed vt veritatẽ humanitatis ſuæ exprimeret. Et etiã illud petijt, vt mẽbris ſuis in tribulatione poſitis, formã ad Deũ clamãdi, et diuinę volũtati ꝓpriã ſubijciẽdi, daret: vtrũq; ergo quod voluit, bonum fuit: ſed illud melius, quod effectui mãcipauit. *Lib. 10. de trini.*

Hilarij ſententia à ſuperioribus diuerſa. Hilarius autẽ intelligit per calicẽ, mortis terrorẽ, cui omnis caro pręter eã q̃ Chriſti eſt, ſubdita erat

neceſſitate conditionis qui poſt mortem Chriſti demum per virtutum gloriã tollendus erat. Ad hoc reſpiciens, dicit Chriſtũ non ſibi, ſed ſuis oraſſe & timuiſſe. Ipſe enim vt ſuprà probatum eſt, non ſicut cæteri timuerũt, timuit. Indè igitur eſt quòd non dixit. Triſtis eſt anima mea propter mortem, ſed vſque ad mortem, poſtquàm apoſtolicæ infirmitatis ſcandala deſitura videbat.

Mat. 26

Diſt. 18. De merito Chriſti & quid ſibi meruerit.

Poſt quã morté, etiã & per quã, ſibi claritaté et impaſſibilitaté meruit. Vnde Aug. Vt Chriſtus reſurrectione clarificaretur, priùs humiliatus eſt paſſione, humilitas claritatis eſt meritum, Claritas humilitatis eſt præmium. Claritatem auté dicit, manifeſtationé donati nominis quod eſt ſup omne nomé. Nec enim tunc primũ illud ei nomen donabatur. Tunc tamen, ei donatũ eſſe dicitur, illo vtique tropo, quo dicitur res fieri, quãdo innoteſcit

Super illa verba Chriſtus factꝰ eſt pro nobis obediẽs. Phili. 2.

innoteſcit quòd facta ſit. Impoſſilitaté quoque animę & carnis per eādem morté meruit, quam tunc nihilominus ex quo homo fuit, per charitatem & cęteras virtutes meruerat. Nō enim habuit Chriſtus quo poſſet proficere ſecundū animæ meritum. i. ſecundū virtutem meriti, Licèt quātū ad numerum meritorum corporis, hoc eſt operum profeciſſet.

An Chriſtus poſt mortem beatior fuerit.

Si autē quęratur, Num anima eius fuerit poſt mortem beatior quàm antè? Dicim⁹ quòd beatior fuit, quantū ad miſerię immunitatē, nō quātū ad Dei cōtēplationē.

Diſt. 19 De modo noſtræ redemptionis & quid Chriſtus meruerit nobis.

Quòd ſi præcedētia merita ad hæc ſufficiebāt, ad quid ergo voluit mori? Pro te ſcilicet, non pro ſe, vt te in humilitate inſtrueret, & ſic in paradiſū induceret. Meruit enim nobis per mortem aditū paradiſi, quē per præcedentia ſibi meruerat, et redēptionē à peccato, et pœna, & diabolo. Nā cùm

per hoſtiã recõciliaturus eſſet ſibi Deus mũdũ, nulla alia recóciliare ſuffecit, cùm omnes peccaſſent. Decreuerat autẽ Deus (vt ait Ambro) neminẽ in paradiſũ, hoc eſt, ad Dei contẽplationem admitti, nec alicuius hominis humilitas tãtùm poſſet proficere, quantum primi hominis potuit nocere ſuperbia. Talis ergo nemo inuentus eſt, niſi leo de tribu Iuda, qui moriens liberauit nos à peccato & diabolo: dum per eã mortẽ charitas excitatur in cordibus noſtris. Intendentes enim in eum quaſi in ſerpentẽ æneũ, & vidẽtes quanta charitate nos dilexerit, vt pro nobis ſcilicet moreretur, monemur accẽdimurque ad diligẽdum eum, qui pro nobis tãta fecit, & ſic ſoluti à peccato & diabolo iuſtificamur. Denique peccata noſtra portãs ſuper lignum (id eſt, pœnã peccatorum) redemit nos à pœna æterna, relaxando debitũ à tempo-

Super epiſtolã ad Heb.

Rom. 5.

Num. 21

tẽporali pœna, ſpe nõ adhuc re: A qua nos penitus liberabit, quãdo nouiſſima deſtruetur mors. Et ita redemptor noſter factus eſt propriè Chriſt⁹, exhibitione humilitatis: cõmuniter verò tota trinitas dicitur redẽtor, effectu poteſtatis.

Chriſtus ſolus eſt mediator.

Solus tamẽ Chriſtus mediator eſt inter mortales peccatores & immortalem iuſtum. Solus enim ipſe eſt Deus homo, mediator factus, ſecundũ quod homo, per infirmitatẽ appropinquans nobis, Deo verò per iuſtitiã. Sanè ſecundũ quod verbũ eſt, nõ eſt medius, ſed vnus cum patre Deus. 1. Tim. 2.

Diſt. 20 Quòd De⁹ aliter nos liberare potuerit.

Fuit ſanè, & ali⁹ mod⁹ noſtræ liberationis Deo poſſibilis, ſed null⁹ poſtrę miſerię ſanãdę cõuenientior.

Hic enim modus à morte deſperationis nos maximè liberat, & mentes noſtras ad ſuperna erigit, cùm videmus eũ tanti nos feciſſe, vt mala noſtra ipſe immutabiliter bonus, moriendo perferret, Et

Quare potius iſto

ideò quoque, quia ſic iuſtitia ſuperatur diabolus, non potentia. Potentia enim liberare potuit ſeruum ſuum, quem diabolus fraudulenter abduxit, & violenter tenuit, quod tamẽ noluit, ne homo violẽter ab eo tolli videretur. Humiliat⁹ autẽ p mortẽ iuſtè hoc fecit. Eſt enĩ iuſtũ, vt debitores quos tenebăt liberi dimittãtur, credẽtes in eũ, quẽ ſine debito vllo occidit. modo voluit Chriſtus liberare nos?

Denique ſciendũ eſt, mortem Chriſti opus fuiſſe trinitatis, & Iudæ & diaboli, & Iudæorum. *Rom.* 8. Trinitatis, quia Deo autore, hoc eſt, volente facta eſt. Iudę, quia prodidit. Iudæorum & diaboli, quia ſuggeſſerunt, & ſic res vna, id eſt, mors Chriſti ab omnibus iſtis peracta eſt: facta verò diuerſa fuerunt, ex quibus ea res prouenit, ſcilicet patris traditio, filij ſpontanea occurſio, Iudæ proditio, Iudæorum & diaboli ſuggeſtio. Iudæi ergo bonũ fecerunt quantum *Mat.* 26 Mors Chriſti facta eſt à trinitate, Iuda Diabolo & Iudęis.

An Iudęi operati ſint bonum? quãtum ad peractũ, hoc eſt, effectũ: malũ verò quantũ ad actum.

Diſt. 21. An verbũ ex quo fuit homo, vnquam deſierit eſſe homo? Firmiter autem tenendum eſt, quòd verbum (vt ſuprà dictum eſt) verus homo eſt, quia habet animam & carnem in vnione perſonæ. Viuẽs autem homo eſt, quia duo illa coniuncta habet. Nunquã igitur deſijt eſſe homo, ex quo fuit homo, quia nunquam deſijt habere illa. Vnde Aug. Verbum ex quo ſuſcepit hominem, hoc eſt, carnem & animã, nunq̃ depoſuit animam, vt eſſet anima à verbo ſeparata. De carne quoque dicit. Sic & in ſepulchro Chriſtus carnẽ ſuã cõmoriẽdo nõ deſeruit, ſicut in vtero virginis cõnaſcẽdo formauit. Nõ ergo ſeparata eſt diuinitas ab homine, ſed hoc intellige quãtũ ad vnionẽ perſonę, nõ quantũ ad defenſionẽ naturæ, ſecundum quam ſeparata eſt. Vnde ait Ambroſius, Clamat homo moriturus ſeparatione diuinitatis

Super illud Iohã. 10. Ego ponã animã meã.

In expoſitione 21. Pſal. Deus de⁹ me⁹.

uinitatis.ſ.quo ad defenſionẽ.Separauit ſe diuinitas ſubtrahendo potentiam (ſicut hîc intelligitur Matthęi.26. Vt quid dereliquiſti me?) Sed non ſoluit vnionem.Se forìs ſeparauit à defenſione, ſed intus adfuit ad vnionem. Quod autem Athanaſius ſub anathemate ait, totum hominem in reſurrectione denuo aſſumptum: Intelllige, non quantum ad habendum, ſed quantum ad iterum illa duo coniungendum, vt ſcilicet ex anima caro viueret, quæ propriè mortua eſt,in qua,non in ſe,Chriſtus mortuus eſſe dicitur. Vnde Aug. Abſit vt ſic Chriſtus ſenſerit mortem, vt quantum in ſe eſt,vita vitam perdiderit.

Contra Felicianum.

Sanè quicquid paſſa eſt caro, non poteſt dici non paſſus Deus. Quomodo nõ potes dicere,te nõ paſſũ iniuriã, ſi veſtis tua perfunditur,vel conſcinditur,quãuis illa non ſit tu. Multo magìs ergo quicquid

Qua ratione dicatur paſſus Deus.

quicquid patitur caro vnita verbo, debet dici Deus pati, licèt verbũ, nec mori, nec pati potuerit.

De hoc ergo ait Ambro. Idem moriebatur & non moriebatur: reſurgebat & non reſurgebat: reſurgebat ſecundũ carnẽ, nõ reſurgebat ſecundum verbum. *Li. 3. de ſpiritu ſancto.*

Diſt. 23. An Chriſt' fidẽ & ſpẽ habuerit, quemadmodum charitatem.

Cùm verò Chriſtus plenus gratia fuerit: Quæritur an habuerit fidẽ & ſpem? Quod vt meliùs explicetur. Primum videamus quid ſit fides & ſpes. Eſt igitur fides, credere quod nõ vides: Apoſtolus enim ait. Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum à nobis, argumentum vel conuictio non apparentium. Per fidem enim ſubſiſtunt ſperanda modò in nobis, & ſubſiſtent in futuro per experientiam. *Aug. ſup Iohan.* *Ad Hebræ. 11.*

Diſt. 24 De fide antiquorum.

De quibus ſi dubitatur, probantur per fidem, hoc modo. Quia ita crediderunt patriarchæ, & alij ſancti: propriè igitur eſt

fides

fides de nõ apparentibus. De apparentibus enim non eſt fides, ſed agnitio. Quæ fides, vna dicitur eſſe ab apoſtolo ſimilitudine, nõ ſingularitate. Sicut idem volentium dicitur vna volũtas, & duorum ſimillimorum dicitur vna facies. Igitur noſtra & antiquorũ, vna eſt fides. Modus autem credendi diuerſus. Vnde Aug. Eadẽ fides mediatoris quæ nos ſaluat, ſaluos faciebat antiquos. Quia ſicut credimus Chriſtum in carne veniſſe, ita illi vẽturum: ſicut nos mortuum, ita illi moriturũ: ſicut nos reſurrexiſſe, ita illi reſurrecturum, & ad iudicium vẽturum.

Lib. de nuptijs & cõcupiſcentia cap. 2.

Hæc tamen diſtinctè reuelata ſunt maioribus. Simplicibus verò reuelata ſunt in myſterio. Vnde Iob. Boues arabant, & aſinæ paſcebantur iuxta eos, Quia ſimplices maioribus adhærebãt credentes in myſterio, quod illi in myſterio docebant.

De fide maiorum & ſimplicium.

Iob. 1. c.

Deniq;

Diſt.26 Deniq; ſpes, eſt certa expectatio futuræ beatitudinis, ex gratia Dei & meritis præcedētibus rem ſperatam ſcilicet vitam æternam, Et de his quæ non videntur, ſicut fides. Differt autem ſpes à fide, quia ſpes eſt bonarum rerum, & futurarum, & pertinentiū ad eum tantùm, qui earum ſpem gerere perhibetur. Fides verò bonarum rerum eſt, & malarum & præſentiū, & præteritarū & futurarū, & pertinentiū ad eum qui eā fidem habet, & alienarum: ita tamen ſi eas credere pertinet ad religionem. Hæc autem in nobis proficiunt, vſque dum perfectè cognoſcamus. Ait enim Aug. Non cognoſcimus vt credamus, ſed credimus vt cognoſcamus.

De ſpe. Differentia inter fidem & ſpem.

Secundum hoc ergo, fidem & ſpem Chriſtus non habuit. Quia equè cognouit preterita & futura ſicut & præſentia.

Redit id præmiſſā queſt. dift.

Vnde ſancti nō dicūtur modò

credere

credere, vel ſperare futurã reſurrectionem, quia eam perfectiſſimè in verbo Dei intelligunt.

Dist.26 Quòd ſancti nõ dicantur modò credere vel ſperare.

Legitur tamẽ quòd crediderit et ſperauerit Chriſtus. Dicit enim per prophetam. Ego ero fidens

Obiectio.

Heb.2. in eum. Et Pſal. In te domine ſpe-

Pſal.30. raui. Quod eſt intelligendum quãtum ad exteriorem effectum, non quãtum ad interiorẽ actum. Sic enim orabat, & cętera agebat, ſicut facit qui nondum videns credit & ſperat. Non tamen ſperando vel credendo à plena cognitione remorabatur. Denique ſecundum hoc dicit ad patrem.

Solutio.

Pſal.17. Diſciplina tua ipſa me docebit, effectu.ſ.exteriori, quo formam bene correcti exhibuit, non actu interiori, quia nũquam ſe de prauis ad recta reformauit.

Diſt.27 De charitate Chriſti.

Habuit charitatem Chriſtus, quam paſſionis exhibuit opere, de qua breuiter dicam⁹. Charitas ergo eſt dilectio, qua De⁹ propter

ſe, &

ſe,& proxim⁹ propter Deũ dili-
Duo præcepta charitatis. gitur. Huius primũ & maximum
mandatũ eſt. Diliges Deũ ex toto *Deut. 6.*
Primum. corde tuo,& ex tota mẽte tua,& *Mat. 22.*
ex tota virtute tua, hoc eſt, vt omnes cogitationes tuas, omnẽ vitã, & intellectum in illum conferas, quod non hîc ſed in futuro implebitur. Hoc tamen dictum eſt,
Secundũ. vt quò currendum ſit, non ignoretur. Secundum verò, Diliges *Iohan. 13*
proximum tuum ſicut teipſum, id eſt, ad quod, & propter quod teipſum diligis. Proximum verò omnem hominem intellige, qui tribus modis dicitur. Cõditione, propinquitate fidei, & impenſa beneficij.

Diſt. 28 & 29. Vnde & angeli illo præcepto *Li. 1. de*
cõtinẽtur. Dicit enim Aug. Mani- *doct. chr.*
Angeli præcepto charitatis obligantur. feſtum eſt præcepto dilectionis *ca. 30.*
proximi, etiã ſanctos angelos cõtineri, à quibus nobis miſericordiæ impenduntur officia.

Deniq; omne gen⁹ diligẽdorũ,

prædictis

Lib.1.de doctrin. chriſt. c. 23.24.et 26. prædictis mandatis comprehenditur, Quæ quatuor ſunt vt Aug. ait. Vnum quod ſupra nos eſt.ſ. Deus. Alterum quod nos ſumus. Tertium quod iuxta nos eſt.ſ. proximus. Quartum, quod infra nos eſt.ſ. corpus noſtrum, & proximi. Quod in illis mādatis intelligitur, & ſi non exprimitur. Ait *Lib.de doctrin. chriſt.* enim Aug. Si te totum intelligis diligendum, hoc eſt, animam & corpus, etiam proximum tuum, id eſt, animam & corpus eius diligere debes. Quatuor ſunt genera diligendorū.

Sermone de aſcēſ. domini. Licèt autem tot ſint, quæ diligamus, tamen vna ſola charitate diligimus. Ait enim Aug. Vna eſt charitas, & duo ſunt præcepta. Non enim alia charitas diligit proximum, niſi quæ & Deum. Indè ordinata debet eſſe charitas, & in affectu interiori, & in effectu exteriori. De ordine autem *Lib.de doctrin. chriſt.* affectus dicit Aug. Qui ordinatam vult habere dilectionem, videat, Quòd vna charitate Deū & proximū diligamus.

deat, ne aut diligat, quod non eſt diligendum: aut nõ diligat, quod eſt diligendum: aut æquè diligat, quod plùs minúſue eſt diligendũ: vel plùs minúſue diligat, quod æquè eſt diligendum.

Ordo diligẽdorũ.

Omnis homo, inquãtum peccator, non eſt diligendus: inquantũ homo, eſt diligẽdus. Deus verò pl⁹ omni homine diligẽdus. Amplius autem diligendus eſt proximus, quàm corpus noſtrum, quia propter Deũ ipſe diligitur, qui poteſt Deo nobiſcũ perfrui: Corpus autem nõ poteſt. Deniq; oẽs proximi pari affectu, ſed diſpari effectu diligẽdi ſunt. Vnde Aug. Omnes homines æquè diligendi ſunt, ſed cùm omnibus prodeſſe non poſſis, his potiſſimũ conſulẽdum eſt, qui pro locorum, tẽporũ, vel quarũlibet rerũ oportunitatibus cõſtrictiùs tibi iũgũtur, hocquoq; Amb. diſtĩctiùs dicit. Primò diligendus eſt Deus. Secũdò parentes.

Lib. de do. chri.

Super illud Canticum 1.

Indè filij, pòſt domeſtici: qui ſi boni ſunt, malis filijs præponendi ſunt. Poſtremò inimici, quos nec ex tota virtute, nec ſicut teipſum iubet Deus diligere, ſed ſimpliciter. Sufficit enĩ quòd diligim⁹ & nõ odio habemus. Hoc autem dicit Ambroſius. Non quòd eos diligere non debeamus, ſicut & nos: (proximi enim ſũt) ſed vt ſic oſtẽdatur quòd ſufficit, ſi minùs eos diligamus, quàm cæteros proximos, & hoc vtique ſecundum effectum.

Sciẽdũ quoq; eſt, quòd charitas nõ mox, vt naſcitur pfecta eſt. Vt enĩ perficiatur, naſcitur, nata nutritur, nutrita roboratur, roborata perficitur. Perfecta verò dicit. Cupio diſſolui, etc. — *De gradibus charitatis.* — *Phili. 1.* — Diſt. 30

Solet etiam quæri, vtrũ ſit maioris meriti diligere amicum, an inimicũ? Dicimus quòd eiuſdem meriti eſt. Eadẽ enĩ charitate, ex qua meritũ eſt, diligitur vterque. — *An meli⁹ ſit diligere amicos quàm inimicos an ecõuerſè.*

Quantum

Quātū verò ad actū exteriorem, euidētius ſignū eſt perfectę charitatis, diligere inimicū quàm amicum. Vnde Aug. ait. Hoc tā magnum bonū (ſ. diligere inimicū & bene facere odienti, & pro perſequente orare) tantæ multitudinis non eſt, quantam credimus exaudiri cùm dicitur. Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. *In ench. cap. 73.* *Mat. 6.*

Diſt. 31. An charitas ſemel habita amittatur.

Hæc dicēdo, perfectam charitatē, ab imperfecta, eū diſtinxiſſe putem⁹, quæ charitas imperfecta, ſæpe amittitur & recuperatur, & eam tam boni quàm mali participant. Vnde Ambro. Quibuſdam gratia data eſt in vſum, vt Sauli & Iudæ. Frequenter enim antè ſunt mali, qui ſunt futuri boni: & priùs ſunt boni, qui ſunt futuri mali. Radicata verò & perfecta charitas, nunquam deſinit ſemel habita, nec eam participant niſi boni. Vnde charitas eſt *Super. c. 9. ad Rom.*

ſons proprius & ſingularis bonorum, cui nō communicat alienus. Secundum hoc eam, quæ multarum autoritatū videtur eſſe, diſſonantiam diſtingue.

Charitas autem perfecta permanebit in futuro. Licèt enim in futuro perficiatur, eadē tamē ſubſtātia, ideq́; modꝰ permanebit, qui eſt ad Deū pluſq̄ teipſū: Ad proximū verò ſicut te. Cætera verò, vel ex toto ceſſabunt, vt fides & ſpes, quod & de ſcientia quidam putant: vel ſaltèm quantū ad modum, qui & omnino alius erit in futuro, quàm ſit in pręſenti. Quomodo charitas non euacuabitur.

Notādū quoque, quòd charitas non ideò poſt fidem & ſpem ponitur, quòd ex eis oriatur, ſed quia poſt illa remanebit aucta. Quæ tria nunc æqualia ſunt, non quantum ad eorum comprehenſionē, ſed quātū ad actuū eorū intēſionē. Etenim, ſi intēſiùs credis, intēſiùs etiā ſperas et diligis. Quare charitas ponatur poſt fidē, & ſpem.

Habuit

Diſt.32. Quomodo Chriſtus dilexit.

Habuit autem Chriſtus charitatem, non viæ, vt omnem proximum ad vitam diligeret, ſed patriæ, qua tantùm electos ad ſalutẽ dilexit. Reprobos etiá dilexit ſicut & ab æterno dilexit eos, in quantum .ſ. opus eius erãt futuri, hoc eſt, quos & quales erat eos facturus. Proinde electos alios plùs, alios min⁹ ab æterno dilexit, non ſecundum dilectionis eſſentiam, ſed ſecundum efficientiam, quia .ſ. maiora bona præparauit his, quàm illis. Secundũ hunc ſenſum dicuntur aliqui diligi incipere à Deo, tunc, cùm æternæ dilectionis effectum ſortiuntur.

Diſt.33. De virtutib⁹ principalibus quas cardinales appellãt.

Poſt prędicta, de quatuor virtutibus principalibus videamus. Quarũ prima eſt, iuſtitia, quę eſt in ſubueniẽdo miſeris, qui minùs poſſunt contra potentiam fortiorum. Secunda, prudẽtia in præcauendis inſidijs. Tertia, fortitudo in perferendis moleſtijs. Quarta,

temperantia in coercendis delectationibus prauis.

Hæ in futuro erunt, ſed ſecũdũ aliũ vſum quàm hîc. Vnde Beda. Poteſtates cęli, quatuor prędictis virtutibus pręclaræ ſunt, quæ aliter ſeruãtur in cælis ab angelis & animab⁹ ſãctis, qũã hîc à fidelibus.

Quòd hæ virtutes maneant in futuro.

Super Exo.26.

Dist.34

Septẽ etiã dona, virtutes ſũt, & in angelis ſũt vt Ambro. ait. Spiritus Dei, naturã angelorũ effuſiore quadã ſãctificationũ vbertate lętificat. Deĩde ſãctificationes exponẽs, ſubdit. His ſanctificationib⁹, ſignatur plenitudo ſeptẽ ſpirituũ virtutũ, quas enumerat Eſaias dicens. Spiritus ſapientiæ, etc.

De ſeptẽ donis ſpiritus ſancti.

Li.1. de ſpiritu ſancto c. 20. & vltimo.

Eſaiæ.11

Sed cõtrariũ videtur quod dicit Beda. Qui cùm timore ſeruili, & caſto egiſſet, addidit: Vterq; in futuro ceſſabit. Aug. etiã ait. Timor domini eſt magnũ præſidiũ proficiẽtibus ad ſalutem, peruenientibus foras mittitur. Nõ enim iã timent amicũ, cùm perducti fuerint ad id quod repromiſſum eſt.

Obiectio.

Super parabolas Prouer.1

Super Pſal.5.

Diſſolutio obiectionis. Sed dicim⁹, quòd timor ĩ futuro erit, nõ ſecũdũ vſũ quẽ modò habet, q eſt met⁹ ſeparationis, ſed ſecũdũ reuerẽtiã, q́ eſt miſta cũ ſubiectione dilectionis, ſecũdũ quam in Chriſto fuit. Vnde Apoſt. Qui exauditus eſt pro ſua reuerentia. *Heb. c. 5*

Plena timorũ diſtinctio. Hìc ſciẽdũ quòd quinq; ſunt timores. Mũdanus, q culpa eſt, quo bona mũdi ꝑdere timem⁹. Et human⁹ vel naturalis, qui pœna eſt, et in Chriſto fuit, quo pericula carnis horremus. Et ſeruilis, quo propter timorẽ Gehẽnæ cõtinet ſe homo à peccato, & bonũ facit, quod vtile eſt: ꝑ quẽ paulatim fit conſuetudo iuſtitiæ, et eſt, inſufficiens. Et initialis, quando incipit, quod durũ erat, amari, et eſt ſufficiẽs. Succedit deinde caſt⁹, qui & amicabilis dicitur, vel filialis quo ſeparatio ſpõſi timetur, & eſt ꝑficiẽs. Qui ſecũdũ hũc ipſũ permanet, vſque in finem ſeculi, ſecundum prædictum verò, hoc eſt,

Mũdanus timor. Human⁹ Seruilis. Initialis. Caſt⁹ ſeu filialis.

ſecundũ reuerẽtiam miſtam cum ſubiectione filiali)hîc et in futuro erit. Quod autem dicitur,timor non eſt in charitate, de perfecta charitate,& initiali timore intelligendũ eſt.De quo Aug.Quantum charitas creſcit,tãtum timor decreſcit.Et quãtum illa fit interior,tantum timor pellitur foras, maior charitas,minor timor.Minor charitas,maior timor.Sciendum verò quòd ex vſu ſcripturæ, & ſeruilis timor & initialis dicitur,initium ſapientiæ,alia tamen & alia ratione : nam ſeruilis initium dicitur ſapiẽtia, quia locum præparat charitati Dei : Initialis verò,qa in inchoata charitate eſt.

1. Iohan. 4.

Super epiſtolã Iohã. 4. Homi. 9

Denique illa tria dona,ſciẽtia, intelligentia & ſapientia ſic à ſe diſtinguuntur. Quia ſciẽtia valet ad rectam adminiſtrationem rerum temporalium, & bonã conuerſationem inter malos.Intelligentia verò ad creatoris & creaturarum

Diſt.35. Diſtinctio inter ſciẽtiam intelligẽtiã ſapiẽtiam.

turarũ inuiſibiliũ ſpeculationem: Sapiẽtia autẽ ad ſoli⁹ æternæ veritatis cõtẽplationẽ et delectationẽ.

Diſt. 36 De virtutũ cõnexione & æqualitate.

Hîc etiam ſciendũ, quòd omnes virtutes ſibi inuicem ita coniunctæ ſint, vt habita vna, omnes habeantur. Vnde Hieronymus. Omnes virtutes ſibi hærent, ita vt qui vnam habet, omnes habeat: & qui vna caruerit, omnibus careat. Aug. etiam ait. Virtutes quę ſunt in animo humano, quamuis alio atq; alio modo ſingulæ intelligantur, nullo modo tamen ſeparantur ab inuicem, vt quicunque fuerint æquales (verbi gratia) in fortitudine ęquales ſint, & prudentia, & iuſtitia, & temperantia. Si enim dixeris æquales eſſe iſtos in fortitudine, ſed illum pręſtare prudẽtia, ſequitur, quòd fortitudo huius, minùs prudens ſit, ac per hoc nec fortitudine ęquales ſũt, quia eſt illius fortiudo prudentior, atque ita de cæteris

Super Eſa. 110.

Li. 6. de trinit. cap. 4.

 virtutibus

virtutibus inuenies, ſi omnes ea-
dē cōſideratione percurras. Cùm
enim dicitur aliquis, aliqua præe-
minere virtute (vt Abrahā fide,
& Iob patientia) ſecundū vſus ex-
teriores accipiendū eſt, vel in cō-
paratione aliorū hominū, qa hu-
militatis habitū maximè præfert,
vel opus fidei, vel alicuius cętera-
rum virtutū præcipuè exequitur. Diſt. 37

Iam diſtinctio decalogi conſi- De decē
derada eſt. Habet enim decalogus mandatis
decem præcepta. Tria in prima ta- decalogi,
bula pertinentia ad Deum. Septem & eorum
quæ ſunt in ſecunda tabula, perti- reductio-
nentia ad proximum. Primum in ne ad duo
prima tabula eſt. Nō habebis deos charitatis
Exo.20. alienos: Non facies tibi ſculptile, mādata.
nec omnē ſimilitudinē. Sculptile
eſt quod nihil habet ſimile ſibi. Si-
1.Cor.8. militudo verò quę habet ſpeciem
alicuius rei.

Secundū eſt. Non aſſumes no- Secundū
men Dei tui in vanum. Quod eſt præceptū
dicere ſecundū literā. Nō iurabis primę tabulæ.

pro

pro nihilo per nomen Dei. Allegoricè verò præcipitur, vt nõ putes creaturã eſſe Chriſtũ Dei filiũ.

Tertium. Tertium eſt. Memento ſanctificare diẽ ſabbati. Quo ſecundum literam, Sabbati præcipitur obſeruantia. Allegoricè verò, Vt requiẽ & hîc à vicijs & in futuro in Dei contẽplatione expectes. Primum quidẽ mandatum, pertinet ad patrem, in quo eſt vnitas. Secundum ad filium, in quo eſt coæqualitas. Tertium ad ſpiritum ſanctum, in quo eſt vtriuſque communitas. *Exo. 20*

Reducit præcepta ad trinit.

De ſeptẽ mãdatis ſecundæ tabulæ. In ſecunda verò tabula ſeptem ſunt mandata, quorũ primum ad patrẽ carnalem refertur, quod eſt, Honora patrẽ tuum & matrem tuã, vt ſis longæuus ſuper terram .ſ. viuentiũ.

Secundũ. Secundũ eſt, Non occides. Vbi ſecũdum literam actus homicidij prohibetur. Spiritualiter verò voluntas occidendi.

Tertium. Tertiũ eſt, Nõ mœchaberis, id eſt, ne cuiquam miſcearis, excepto

fœdere

fœdere matrimonij. A parte enim intelligitur totũ. Nomine igitur mœchię, omnis concubitus illicitus, illorumq́; membrorum non legitimus vſus, prohibitus debet intelligi. Quartũ eſt: Non furtum facies. Vbi ſacrilegium, & rapina omnis prohibetur. Nõ enĩ rapinã permiſit, qui furtum prohibuit. Hîc autem ſolet queri, An Iſraelitæ furtum fecerint, expoliando Ægyptum? Dicimus quòd non. Quia perfecti Deo iubenti miniſterium præbuerunt. Infirmi verò magìs permiſſi ſunt hoc facere illis, qui talia iure paſſi ſunt, quàm iuſſi. Quintum eſt. Contra proximum non loquaris falſum teſtimonium. Vbi crimen mẽdacij & periurij prohibetur.

Quartũ.

Exo. 11.

An filij Iſrael cõmiſerint furtum ſpoliãdo Ægyptum?

Aug. ſuper illũ locũ.

Quintũ.

Eſt autẽ mẽdaciũ (vt Aug. ait) falſę vocis ſignificatio, cũ intẽtione fallẽdi. Mentiri verò, eſt loqui cõtra hoc quod animo ſẽtit quis. Vnde ſi Iudæus dicit, Chriſtũ eſſe Deũ, cùm

In Enchirid. c. 18.

Diſt. 38 De mendacio.

cùm hoc non credat, mētitur quidem, ſed mendacium non dicit.

An omne mēdaciū ſit peccatum?

Denique omne mendaciū peccatum eſt. Sed multū intereſt, quo animo & de quibus rebus quis mentiatur. Non enim ſic peccat, q vt cōſulat metitur, ſicut qui vt noceat. Nec qui de via terrę, ſicut qui de via vitæ mentitur.

Triplex mēdaciū

Mētitur namq; quis pro commodo aliquādo alicuius tantùm, vt obſtetrices et Raab. Aliquādo ioco, quod perfectis non conuenit. Aliquando ex malignitate, quod cunctis eſt valde cauēdum. *Exod. 1. d. & Ioſue. 2.*

An Iacob ſe dicens Eſau, ſit mētitus?

Dicens denique ſe Iacob Eſau, à mendacio excuſatur: tantùm proponens obedire matri, quæ familiari concilio Dei nouerat in eo factum myſterium ſacramenti. Vel non fuit mentitus Iacob: erat enim ipſe Eſau iure, & ſi non perſona, quia emerat ab eo primogenita. *Geneſ. 27. cap.*

Diſt. 39 De periurio.

Periurium eſt mendaciū iuramento

mento firmatum. Iurare eſt Deo reddere ius, veritatis. ſ. & non falſitatis, hoc eſt, Deũ teſtẽ adhibere, vel ei aliquid obpignorare. Vt ille facit, qui per filios ſuos iurat, quos obpignorat Deo, vt hoc eis eueniat quod de ore ſuo procedit: Si verũ, verũ: Si falſũ, falſũ.

Iuratur autẽ per Deũ, per euangelia, per creaturas. Sed quantò magìs ſanctũ eſt, per quod iuratur, tãtò magìs eſt pœnale periuriũ. Periuriũ autẽ eſt, adhibita iuratione mẽtiri quod fit, dũ iurãdo quis loquitur, cũ intẽtione fallẽdi, quã vel ſtatim habet, vel poſtea, ante tẽpus, quo fieri debet, quod iurauit. Ream enim linguam non facit, niſi rea mens.

Aug. ad publicolã epi. 14.

Quę iuramenta magis obligent.

Quid periurium.

Aduertendũ quoque eſt, quòd Iuſiurandum tres habet comites. Veritatem, Iudiciũ, & Iuſtitiam, vt. ſ. diſcretè quis iuret, quantum ad ſe: Vtiliter quantùm ad proximum, & verum ſit, vel eſſe putet: quod

Comites iuramẽti.

quod iurat, quantum ad Deum. Quòd ſi iſta deficiãt, periuriũ eſt, hoc eſt, incautè iuſiurandũ factũ. Quod ideò peccatum eſt. Quia iuratio non eſt appetenda, ſicut res bona: nec tamen fugienda eſt, ſicut mala, cùm eſt neceſſaria.

Incauta iuratio eſt peccatum.

Dicitur enim periuriũ propriè, cùm impleri poteſt iuramẽtũ, & debet ſecundum tenorẽ iurandi, ſed contẽnitur. Quod ſalubriori conſilio faciendum eſt, quando ſi impletur iuramentum, peiorem vergit in exitũ. Velut cùm iurauit quis permanere in ſtupro, qui nimirum inter ſtuprum & prędictum periuriũ perplexus eſt, vbi fides reſcindẽda eſt. Ait enim Iſidorus. In turpi voto muta decretũ: quod incautè vouiſti, ne facias.

Periuriũ quando dicatur.

Proinde quacũque arte verborum iuretur, Deus ſic accipit, ſicut ille qui iurat, & ille cui iuratur, ſimpliciter intelligit. *Aug. in ſerm. de piurijs.*

De eo qui verborũ calliditate iurat.

Quòd ſi quis ſciens falſum iuramen-

De eo qui cogit falſũ iurare.

iuramentum exigit,homicida eſt.

Sextum denique præceptum eſt:Non deſiderabis vxorem proximi tui.Septimum eſt:Non concupiſces domum proximi tui,nõ ſeruum, non ancillam. Diſt 40 De 6.& 7. præcepto ſecundæ tabulæ.

Sed videntur hæc duo præcepta ſuperioribus includi, quibus dictum eſt,Nõ mœchaberis,Non furaberis.Sed illis opera prohibita ſũt:his verò cõcupiſcẽtia prohibetur. Prædicta igitur mãdata legis, ſunt decem chordæ pſalterij, quæ charitate tangendæ ſunt, vt feræ viciorum occidãtur. An poſtrema hęc includantur prioribꝰ.

Finis libri de verbo incarnato & hominis reparatione, qui eſt Sententiarum Bandini tertius.

Bandini

BANDINI

Theologi doctiſs. ac peruetuſti, *ſententiarum liber quartus, de eccleſiaſticis ſacramentis.*

Περιοχή.

TOto propemodum hoc quarto libro, mira perſpicuitate & paucis admodum, diſſerit Bandinus de hominis per Chriſti mortem inſtaurati cõfirmatione, quæ in ſalutari vſu ac diſpenſatione ſanctorum eccleſiæ ſacramẽtorum cõſiſtit, vim ſuam atque originem habentium ex Chriſti paßione. Sub finem autem nonnulla de hominis per eccleſiaſtica ſacramẽta confirmati ſumma (vt ſic dicam) beatificatione attingit, explicans mortuorũ reſurrectionem et extremum iudicium, cum pœnis impiorum & gaudijs piorum: quibus feliciter Bandinus librũ ſuum finit, optãs vt lætitiæ iuſtorum conſortes nos dominus efficiat.

POſt tractatum rerum, quibus fruendũ eſt & vtendũ,& quę fruuntur & vtuntur,ad ſigna tractãda accedamus, quæ ſacramenta dicuntur. Sacramentum igitur eſt viſibilis forma, inuiſibilis gratiæ. Vel ſacræ rei ſignum. Signum autem eſt res quæ præter ſpeciem quam ingerit ſenſibus, aliud aliquid ex ſe facit in cognitionem venire.

Diſt. I. De ſacramẽtis in genere.

SACRAMENTVM.

Quid ſacramẽtũ.

Denique ſacramentũ eius rei ſimilitudinem gerit,cuius ſignum eſt:vt aqua baptiſmi, mũdationis peccatorũ. Enimuerò ſacramentum propriè dicitur, quod ita ſignificat gratiam, quòd & confert eã. Per quod inter vetera & noua ſacramenta differentia manifeſtè notatur: Illa enim tãtùm promittebant & ſignificabãt,hæc ſignant & dant gratiam.

Quomodo differãt ſacramẽta veteris & nouæ legis.

Quæ triplici ex cauſa inſtituta ſũt, vt.ſ.humiliemur, erudiamur, exerceamur.Homo enim qui maiorem

Quare inſtituta ſunt ſacramẽta.

iorem ſe contempſit, placet Deo, dũ viſibilibus rebus, & ſe inferioribus reuerẽter ex pręcepto creatoris humiliatur, quando etiam per id quod in ſpecie viſibili cernitur, ad inuiſibilẽ virtutem cognoſcendã mens eruditur. Per hæc etiam ſacramenta noxiam occupationẽ vitat, & vtiliter exercetur qui ocioſus eſſe non poſſet.

De circũciſione.

Licèt autem antiqua ſacramẽta gratiam non darent, circunciſio tamen idẽ valebat contra peccatum, quod nunc baptiſmus. Vnde Beda. Idem ſalutiferę curationis auxiliũ circunciſio in lege, cõtra originalis peccati vulnus agebat, quod agit baptiſmus tempore gratiæ: niſi quod non aperiebat ianuam regni.

Super euãgeliũ Luc. Et poſtq̃ impleti.

De inſtitutione & cauſa circunciſionis.

Fuit autẽ circunciſio Abrahæ mãdata priùs, poſtea verò ſemini eius. Fuit autem mandata illi ad approbationem fidei & obedientiæ eiuş: & vt populus ille

hoc ſigno à cæteris nationibus diſcerneretur.

Quare in carne prę putij?

In carne etiã præputij fieri iuſſa eſt, quia decuit ſignũ ibi obedientiæ apparere, vbi pœna inobedientiæ, hoc eſt concupiſcentia, magìs dominabatur.

Quare 8. die & petrino cultello.

Fiebat autẽ octauo die, petrino cultro, quia per reſurrectionem Chriſti octaua die factam, anima à peccatis mundatur, & in communi reſurrectione, octaua ętate futura, omnis corruptio ab electis per petram Chriſtum tolletur.

Per quid delebatur originale peccatũ ante circũciſionem.

In 4. moralium. cap. 2.

Ante circunciſionem dimittebantur peccata paruulis, in fide maiorum: Maioribus verò in ſacrificijs. Vnde Grego. Quod apud nos valet aqua baptiſmi, hoc apud veteres egit vel pro paruulis ſola fides, vel pro maioribus ſacrificij virtus.

Quare in baptiſmũ circunciſio mutata?

Circunciſio autem meritò in baptiſmũ mutata eſt, quia baptiſmus cõmunior eſt & perfectior, de quo

de quo iam videamus.

Dist. 2. De baptiſmo.

Sciendū eſt, quòd baptiſmum, quo regenerātur fideles, baptiſm⁹ Iohan. pręceſſit, in hoc vtilis exiſtēs, quia homines vſu baptiſandi præparabat ad baptiſmū Chriſti.

Quare dicatur baptiſmus Iohānis.

Iohan. autē baptiſm⁹ dictus eſt, quia operatio tantum Iohannis erat, ibi exteriùs lauantis, non Dei interiùs operantis, qui baptiſmus, in nomine venturi tradebatur.

An baptiſati à Iohāne debeant rebaptiſari?

Proinde baptiſati baptiſmo Iohannis, nec credentes ſpiritū ſanctū eſſe, rebaptiſati ſunt baptiſmo Christi. Vnde Hieron. Qui ſpiritum ſanctum neſciebant, cùm baptiſmum à Iohanne acceperunt in nomine venturi, iterum baptiſati ſunt: ne quis putaret, aquam ſine ſpiritu ſacto ſufficere ad ſalutem. *In epi. de vni⁹ vxoris viro ad Oceanum.*

Conſequēter ergo videamus quid ſit baptiſmus, & quæ ſit eius forma, & quando ſit inſtitutus, & quare.

Eſt autem baptiſmus, intinctio

corporis facta ſub forma verbi eius de quo dicitur. Accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum. Diſt. 3. Quid ſit baptiſm°.

Aug. ſuper iobã. tract. 80

Verbum autem illud eſt inuocatio trinitatis. Iuxta quod ait veritas, formã baptiſandi oſtendens. Ite baptiſantes eos, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Hoc autẽ verbum accedit ad elementum, nõ tantùm quia dicitur, ſed quia & creditur. In nomine etiam Chriſti legimus Apoſtolos baptizaſſe. In quo tota trinitas intelligitur. ſ. ipſe vnctus, & pater à quo vnctus eſt, & ſpiritus ſanctus quo vnctus eſt.

Forma baptiſmi.

Math. vlt.

Act. 8. & 10.

An in nomine Chriſti liceat baptiſare?

Imò & in vnius perſonarum nomine tantùm perfectè ſacramentum traditur, ſi de alijs rectè ſentiatur: Et econuerſò omnibus nominatis, vacuũ eſt myſterium, ſi de alijs malè ſentiatur. Vnde Ambroſ. Sicut ſi vnum, vel patrem, vel filium, vel ſpiritum ſanctum

An in vnius perſonę nominatione liceat baptizare?

In lib. 1. de ſpiritu ſancto cap. 3.

ctum ſermone comprehendas, fide autem nec patrem, nec filium nec ſpiritum ſanctum abneges, plenum eſt fidei ſacramẽtum: Ita etiam, licèt patrem, & filium, & ſpiritum ſanctũ dicas, & alicuius eorũ minuas poteſtatẽ: vacuũ eſt myſteriũ. Tutius tamẽ eſt tres perſonas in baptiſmo nominare, vt dicatur. In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, nõ in nominibꝰ, ſed in nomine, hoc eſt, inuocatione vel cõfeſſione triũ perſonarũ.

Vbi fuerit inſtitutus baptiſmus.

Fuit autẽ inſtitutus baptiſmus, in Iordane, quãdo Chriſtus contactu mũdæ carnis ſuæ, vim regeneratiuã cõtulit aquis, vt qui poſt immergeretur, inuocato nomine trinitatis, à peccatis mũdaretur.

Quare in aqua tantum baptizetur.

Celebratur autẽ baptiſmus in aqua, nõ alio liquore, ne vllus inopiâ excuſetur, et propter ſimilitudinem ſacramenti: quia ſicut aqua corporis ſordes abluit, ſic baptiſmus maculas animæ abſtergit.

Deniq; pro vario eccleſiarum vſu, ſemel, vel ter, qui baptizatur immergitur. Vnde Grego. In vna fide, nihil officit eccleſiæ ſanctæ cõſuetudo diuerſa, vnde nullatenus reprehenſibile eſt infantem baptiſando, ter, vel ſemel immergere, quia ter immergendo, perſonarum trinitas, & ſemel poteſt diuinitatis vnitas deſignari. Nos verò qui tertiò mergimus, etiam triduanæ ſepulturæ ſacramentum ſignamus.

Epiſtola 41 lib. 1. regiſtri, ad Leandrum Epiſcopum.

Quoties immergi debeat qui baptizatur.

Poſt ſupradicta, ſciendum eſt, alios percipere ſacramentum & rem, alios ſacramentum tantùm, alios rem tantùm. Sacramentum & rem ſuſcipiunt paruuli: licèt de perituris quidam aliter ſapiant, malè innitentes verbo Auguſtini qui dicit: Sacramenta in ſolis ſanctis efficiunt id, quod figurant. Quod ſic accipiendum eſt, quia cùm ſacramenta omnibus efficiāt remiſſionē, ſolis electis hoc faciūt ad ſalu-

Diſt. 4.

De triplici effectu baptiſmi.

In li. de baptiſmo paruulorum c. 2.

Quorūdā error.

ad ſalutē. Adulti quoq; qui cum fide accedunt, ſacramentū & rem ſuſcipiunt, qui verò ſine fide, ſacramentū tantùm. Vnde Hiero. Qui non plena fide baptiſmum accipiunt, non ſpiritū ſanctū, ſed aquam accipiunt. Idem Aug. ait. Omnis qui iam ſuæ volūtatis arbiter cōſtitutus eſt, cū accedit ad ſacramētum fideliū, niſi pœniteat eum veteris vitæ, nouā inchoare non poteſt. Quod autē Auguſt. dicere videtur, fictè accedenti in ipſo puncto temporis peccata dimitti, non dicit aſſerendo, ſed cōferendo, & alios impugnando. Quod oſtēditur ex eo, quod ibidem ſic dicit. Si ad baptiſmum fictus accedit, dimiſſà ſunt ei peccata, aut non ſunt dimiſſà: eligant quod volunt. Qui etiam ait. Tunc valere incipit ad ſalutem baptiſmus, cùm illa fictio veraci cōfeſſione ſequente, de corde receſſit. Accedēs ergo fictè, non rem, ſed

Super Ezec. 16

In lib. de pœnitentiæ medicina c. 2.

Intelligētia dicti Auguſt.

In lib. 1. de baptiſmo par. contra Donatiſtas c. 12.

In eodem lib.

Ibidem.

tantùm ſacramentum accipit.

Sed cum fide accedétibus quid baptiſmus præſtat cum iuſtificati ſunt? Ad quod dicimus, quòd exterioris ſatisfactionis abſolutio eis præſtatur, & gratia adiutrix, omniſque virtus augetur: fomes quoq; peccati ampliùs debilitatur. Vnde Aug. Fides quæ fideles facit, in aquis baptiſmi datur, vel nutritur: quia nõ habẽti aliquãdo ibi datur, & habenti vt pleniùs habeatur, datur.

Quid proſit baptiſmus cum fide accedentibus.

Homil. 74. ſup Iohan.

Rem autẽ & nõ ſacramẽtũ ſuſcipiunt, qui pro Chriſto ſanguinẽ fundũt, ſeu fidẽ eius tenẽt: quibus propter anguſtiã tẽporis ſuccurri non poteſt. Vnde Aug. Etiam atq; etiam conſiderans inuenio, non tantùm paſſionẽ pro nomine Chriſti ſuſceptam, vicem baptiſmi ſupplere, ſed etiã fidẽ & conuerſionẽ cordis: ita demũ, ſi myſteriũ baptiſmi, non contemptus religionis, ſed articulus neceſſitatis

Qui ſuſcipiant rẽ & non ſacramẽtũ.

De vnico baptiſmate li. 4. ca. 22.

tatis excludit. Ambro. etiam de Valentiniano ait. Ventrē meum doleo, quia quem regeneraturus erã amiſi, Ille tamen gratiã quam popoſcit non perdidit.

Li. de obitu Valentiniani paulò ante medium.

Quæ videtur obuiare prędictis.

Cui ſentētię nō repugnat, quod dominus dicit. Niſi quis renatus fuerit ex aqua et ſpiritu etc. Intelligendũ enim eſt de his, qui poſſunt & contemnunt baptiſari. Similiter & illud intelligendum eſt. Nullũ catechúmenum, quamuis in bonis operibus defunctum, vitam habere credimus.

Iohan. 3.

Aug. in eccleſiaſticis dogmatibus ca. 74.

Variè ſeſe habet baptiſm⁹ ad remiſſionē peccatorum.

Deniq; ſciendũ, quòd cũ baptiſmus ſit ſacramētũ remiſſionis peccatorum, aliquando præcedit ipſam, vt cũ fictus baptiſatur, Aliquando ſequitur, vt cùm iuſtus baptiſatur, Aliquãdo ſimul ſunt, vt cùm paruuli baptiſantur: qui dum baptiſantur, gratiam bene operandi percipiunt in munere, ſed non in vſu, quam ad ætatem maiorem venientes habebũt, niſi per

niſi per liberum arbitriũ prauum vſum elegerint. Pro quibus patrini fidem petunt, & credere profitentur. Quod totum de ſacramento baptiſmi intelligẽdum eſt, vt ſit ſenſus, fidem peto, hoc eſt, fidei ſacramẽtum præſto ſum recipere. Credo. i. fidei ſacramentum recipio: quod patrinus pro paruulo dicit, qui non habet ætatem vt pro ſe loquatur, per quod & ipſe paruulus obligatur adimplere, cùm maior factus fuerit, & patrinus etiam ſolicitè operam dare, vt adimpleatur. Vnde Aug. Certiſſimã emiſiſtis cautionem, qua abrenunciare pompis diaboli ſpopondiſtis. Baptiſmum autem exorciſmus, hoc eſt, adiuratio, & Catechiſmus, id eſt, inſtructio præcedunt, non quòd ſine iſtis non poſſit eſſe baptiſmus, ſed vt baptiſandus inſtruatur, quæ fugiat, & ſciat cui debitor fiat. Vnde Auguſtinus. Paruulus exſufflatur

De patrinis quid agere debeant. Hæc M. diſt. 6.

Expoſitio verborum quæ prolẽ ſuſcipientes proferũt.

Li. 2. de ſymb. ad Cathec. c. 1. et 2. et lib. 4. cap. 10.

Quæ baptiſmum præcedãt.

In lib. primo de

ſufflatur & exorciſatur, vt diabo- *ſymbolo ad Cathe. c. 10.*
bolus ab eo fugiat, & ſciat cui deinceps debitor fiat.

Diſt. 5. AEquè efficax eſt baptiſmus ſiue à bono ſiue à malo.

Denique cùm ſolus Christus baptiſet, ſemper æquè bonum baptiſma traditur à quocunque, bono vel malo tradatur.

Ad ſummam ſciendum eſt, quòd miniſterium baptiſmi ſolis ſacerdotibus licitum eſt. Neceſſitatis verò tempore, diaconis, & cuicunque perſonæ baptiſma miniſtrare licèt, quod à quocunque traditum, dummodo in forma eccleſiæ non erratur, non reiteratur.

Diſt. 6. Quibus liceat bapiſare.

Diſt. 8. De ſacraméto Euchariſtiæ.

EVCHARISTIA.

Poſt ſacramentum baptiſmi, ſequitur ſacramentũ Euchariſtiæ, & bene: Per baptiſmum enim mundamur: per Euchariſtiam in bono firmamur. Euchariſtia autem dicitur bona gratia, quia in hoc ſacraméto totus ille ſumitur, qui eſt fons & origo toti⁹ gratiæ. In hoc ergo ſacraméto videamus de inſti-

Euchariſtia vnde dicatur.

de inſtitutione ei⁹, et forma,et re.

Dominus igitur inſtituit hoc ſacramentum, in cæna, poſt agnum typicum,in quo ſignificauit veteris legis ſacramenta morte ſua terminari, & quæ ſunt nouæ legis ſubſtitui. *De inſtitutione huius ſacraméti.*

Mat. 26 Forma autem ea eſt,quã idem dominus inſtituit dicens.Hoc eſt corpus meũ quòd pro vobis tradetur.Et:Hic eſt ſanguis me⁹ qui pro multis effundetur . Reliqua autẽ ad laudẽ Dei dicuntur. Vnde Aug.Credẽdum eſt, quòd in illis verbis Chriſti ſacramenta conficiãtur:reliqua omnia ſunt laudes, obſecrationes,petitiones. *De forma huius ſacraméti.* *Epiſtola 59. ad Paulinum.*

Sunt autem in hoc ſacramento tria diſtinguenda, vnũ quod tantùm eſt ſacramẽtũ.ſ.ſpecies panis & vini, Alterũ quod eſt ſacramẽtũ,& res, caro.ſ.Chriſti, quam de virgine traxit,& ſanguis,quẽ pro nobis fudit, Tertium quod eſt res tantũ ſacraméti, vnitas .ſ.eccleſiæ *Tria in hoc ſacraméto diſtinguenda.*

quæ

quæ eſt ſpiritualis caro domini, de qua dicitur. Niſi mãducaueritis carnem meam, & biberitis meum ſanguinem, non habebitis vitam ęternam in vobis. *Iohã. 6.*

Diſt. 9. De duob⁹ modis manducandi.

Sicut autẽ duæ ſũt res hui⁹ ſacramẽti, ita & duo modi manducãdi ſũt, ſacramẽtalis. ſ. quo corp⁹, quod de virgine traxit, ſub ſacramẽto ſumitur, & ſãguis bibitur: et ſpiritualis, quo quis manducat, ſi in Deo manet, & Deus in eo. Vnde Auguſtinus. Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Si in me manet, & ego in eo, tunc bibit. Qui verò in me non manet, nec ego in illo, & ſi accipit ſacramentum, acquirit magnum tormentum. *Homil. 26. ſuper Iohan. Iohã. 6. & de verbis domini ſerm. 11.*

Item. Vt quid paras ventrem & dentem? crede & manducaſti. Secundũ hos duos modos diſtinguitur quod Aug. ait. Bonus accipit ſacramentum & rẽ ſacramẽti.

Malus

Malus verò tantùm ſacramētum, hoc eſt, corpus Chriſti. Secūdum hoc etiam intelligitur illud Aug. Non manducans manducat, & manducans non manducat.

Ibidem hom. ſuper Iohānē quo ad ſenſū.

Deniq; corpus Chriſti de virgine tractum, in omni altari eſt, tempore ſacrificij. In vno tamen loco tantùm eſt .ſ. ad dexterā patris, viſibiliter ſecundum formam humanam. Hoc eſt, quod Aug. ait. Corpus Chriſti eſt in vno loco viſibiliter .ſ. in forma humana: Veritas tamē eius vbiq; eſt, id eſt, diuinitas. Item. Veritas eius, hoc eſt verum corpus eius vbique eſt, .i. in omni altari, vbi celebratur, inuiſibiliter tamē, ſecundū eādem formā. Ita ſimilia ſunt intelligēda.

Diſt. 10 Corpus Chriſti in omni eſſe altari.

Tracta. tu 50. ſuper Iohā. Itē epiſt. ad Dardanū 57

Proinde vera fides fatetur, quòd vſitatus panis eſt in altari, ante verba ſacra quæ ſuprà poſita ſunt: poſt illa verba, de pane fit caro Chriſti, vel conficitur, vel tranſit panis, vel conuertitur in carnem.

Diſt. 11. De conuerſione panis in carnem Chriſti & vini in ſanguinē.

Similiter

Similiter & de vino.

Quomodò fiat iſta conuerſio.

Quòd ſi quæratur de modo conuerſionis, dicimus: quia quidã dicũt conuerſionem illam ſic eſſe intelligendã, vt ſub quibus accidentibus erat priùs ſubſtãtia panis & vini, ſub eijſdẽ poſt conſecrationem ſit ſubſtantia corporis & ſanguinis. Alij autem dicũt, quòd ſubſtantialiter panis mutatur in carnẽ, nec tamen augetur. Totum enim quod ibidẽ eſt, virtute miraculi refulget. Sed ſiue ſic, ſiue aliter ſit, tenendũ eſt, quod Aug. ait. Si quæris modum quo id fieri poſſit, breuiter dico. Myſterium fidei ſalubriter credi poteſt, inueſtigari ſalubriter non poteſt.

In li. ſententiarũ Proſperi.

Quare corpus Chriſti ſub alia ſpecie ſumitur.

Sumitur autem corpus Chriſti ſub alia ſpecie, q̃ propria, triplici de cauſa. ſ. vt fides meritũ haberet, & ne abhorreret animus, quod cerneret oculus, & ne ab incredulis religioni inſultaretur.

Cur ſub duplici.

Sub duplici quoq; ſpecie, totus

Chriſtus ſumitur, vt oſtendatur totam humanã naturã Chriſtum aſſumpſiſſe, totamque redemiſſe. Panis enim ad carnẽ, vinũ ad ſanguinẽ refertur, vt Moyſes ait. Caro pro corporẽ veſtro offertur, ſanguis verò pro anima. Aqua etiam, quæ populum ſignat vino admiſcetur, vt per hoc plebs credentium ei, in quem credit copulari oſtendatur. Quòd ſi ignorantiâ vel negligentiâ prætermittitur aqua, non eſt irritum quod geritur. Si autem introducendo hereſim hoc fit, nihil agitur.

Deut. 12 *Levi.* 17.

Cur aqua miſceatur.

Diſt. 12.

Si autem quæritur de illis accidentibus, vbi fundentur. Videtur potiùs fatendũ ſine ſubiecto exiſtere, quod nõ eſt impoſſibile ei, qui creauit illa. Frangitur autem corpus domini, non quidem in eſſẽtia ſui, quia impaſſibilis factus eſt, ſed in ſacramento, vt Aug. ait. Et quidem in ſacramento ſic fit, in quo ſacramento ſic tractatur & fran-

Vbi illa accidẽtia fundẽtur. De fractione & partibus.

& frangitur,& dentibus fidelium atteritur, vt Berengarius coram Nicolao papa iurauit. *De cōſe. diſt.2.c. Ego Bereng.*

Quid illæ partes ſignificent.

Tres autē partes quotidiano vſu eiuſdē ſacramēti in eccleſia fiunt, non ſine ſignificatione, vt Sergius papa ait. Pars enim oblatæ in calicem miſſa, corpus Chriſti, quod iam reſurrexit, monſtrat: pars comeſta ambulans adhuc ſuper terram, pars in altari vſque ad finem miſſæ remanens, corpus iacens in ſepulchro: quia vſque ad finem ſeculi corpora ſanctorum in ſepulchris erunt. *Ibidem ca. Triformæ.*

Quare hoc ſacrificiū dicatur immolatio.

Dicitur autem hoc ſacrificium, immolatio Chriſti. Immolatur enim Chriſtus quotidie, nō eſſentiā ſui, quia ſemel mortuus eſt, & iam nō moritur, ſed ſacramentali repręſētatione. Nec tamē iteratur ſacramētum hoc, quia benedictio nō repetitur ſuper eādē rem, ſicut nec baptiſmus in eadem perſona. Fuit autē inſtitutū hoc ſacramētū,

in medicinã quotidianę infirmitatis. Vnde Aug. Iteratur quotidie hæc oblatio, quia quotidie peccamus. Itẽ. Quia quotidie labimur, quotidie myſterium Chriſti pro nobis immolatur. Ter autẽ in anno vnicuiq; fideliũ cõmunicandũ eſt, in Paſcha. ſ. Penthe. & Natali.

Lib. 4. cõtra duas epiſt. Pelag. c. 10. & de verbis Domini ſerm. 28.

Cur fuerit inſtitutum.

Quoties cõmunicandum in anno. Diſt. 13.

Conficitur autẽ hoc ſacramentum, à quolibet ſacerdote, ſecundum ritum et intentionẽ conficiendi, vtique ſi in vnitate eccleſiæ conſiſtit. Excommunicati ergo, vel hæreſi manifeſta notati non conficiunt hoc ſacramẽtũ. Nemo enim conſecrans dicit, offero, ſed offerimus, quaſi ex perſona eccleſiæ, quod Aug. ita dicit. Recole nomen & aduerte veritatẽ. Miſſa eni dicitur, eò quòd cæleſtis miſſus, hoc eſt, angelus ad conſecrandum corpus dominicũ adueniat, dicente ſacerdote: Omnipotens Deus, iube hoc perferri per manus angeli tui in ſublime altare tuum.

Qui conficiat hoc ſacramẽtum.

Nõ tenetur hic ſicut nec Lõbar.

In ſermone de corpore Chriſti.

Sed

Sed nunquid hæretico vſurpante hoc myſterium, angelum de cælo mittit Deus oblationem eius conſecrare? Hæc de cæleſti myſterio perſtrinximus, quæ fideliter à catholicis tenenda ſunt.

Diſt. 14 De pœnitentia.

Poſt hæc de pœnitentia videamus: quæ poſt naufragium Adæ & originalis peccati, ſecunda tabula eſt. Prima enim eſt baptiſmus, vbi vetus homo deponitur, & induitur nouus: qui ſemel præſtitus, non iteratur. Pœnitentia autem frequenter ſubuenit: à qua pdicatio Iohã. cœpit dicẽtis. Pœnitentiã agite, appropinquabit enĩ regnum cælorũ. Dicta eſt autem pœnitentia à puniendo, qua quis illicita quæ cõmiſit, punit. Pœnitere enim eſt pœnã tenere, vt ſemper puniat in ſe vlciſcendo, quod cõmiſit peccando. Proinde pœnitentiæ virtus timore concipitur. Vnde Eſaias. A timore tuo domine concepimus ſpiritũ ſalutis.

Vnde dicatur pœnitentia. Quid ſit pœnitere. Mat. 3.

Diuiſio pœnitentiæ.

Bb iij Pœni-

Lib. de vnica pœnitentia.

Solennis pœnitentia.

Pœnitentiarũ verò, alia ſolénis eſt, alia non. Solénis eſt (vt Amb. ait) quę fit extra ecclefiã manifeſtò, in cinere & cilicio, quę pro manifeſtis horrendiſque delictis tãtùm imponitur: quę non iteratur pro reuerẽtia ſacramenti. Eiectioné enĩ primi hominis de paradiſo, ſignificat. Alia verò nó eſt ſolénis, quę virtus mẽtis eſt, & in ſecreto agitur, & frequenter ab eodé iterari poteſt in ſaluté. Quod probatur exẽplò Dauid, qui poſt veniã adulterij, & homicidij, grauiter deliquit in numerãdo populum, qui dũ angelo feriẽti plebẽ, ſe obtulit dicẽs, Grex iſte quid fecit? Fiat manus tua in me, & in domũ patris mei, ſtatim ſacrificio dignus factus eſt, & abſolui meruit. Hoc eſt etiam quod Aug. ait. Confitere peccata etiã ſemel terreno iudici ante mortẽ, ſed Deo frequẽs confeſſio vitã inducit. Item ſuper Pſal. Parcet pauperi, Si liberatus offendit,

Non ſolennis.

2. Reg. 24.

Cõfeſſio.

Pſal. 71.

offendit,parcet, quia omnes peccant. Autoritates ergo quæ pœnitētiā ꝓhibere vidētur iterari, vel de pfectorū pœnitētia, vel ſolēni intelligēdę ſunt: velut illa, Pœnitētia ſemper eſt vindicta puniens, quod quis cōmiſit. Et illud: Repe-riūtur qui ſępius agēdā pœnitētiā putāt, qui luxuriātur in Chriſto. *Amb. li. 2. de vnica pœnitentia.*

Diſt. 15. **An confeſſio de vno peccato valeat cæteris manentibus?**

Videtur autē cōfeſſio de vno peccato tātū facta valere, pręſertim ſi pro eo ſatiſfactū eſt, quia ſcriptūra dicit. Nō iudicabit Deus bis in idipſum, & nō conſurget duplex tribulatio. Sed hoc de his ītelligenđū eſt, qui pręſenti pœna cōmutātur in bonū. Cęterùm ſi perdurāt in malo, præſentibus ſupplicijs æterna connectūt, ſecundū illud. Duplici contritione contere eos domine Deus noſter. Ait enim Greg. Pluit dominus ſuper vnam ciuitatē, & ſuper alteram nō pluit. Et eādē ciuitatē ex parte cōpluit, et ex parte aridā reliquit. Cùm ille *Naū. 1.* *Hier. 17* *Greg. ſuper Ezechi. li. 1. hom. 10.*

qui proximum odit,ab alijs vitijs ſe corrigit, vna eadēq; ciuitas ex parte compluitur,& ex parte arida remanet,quia ſunt quidā, qui cùm vicia quædā reſecent, in alijs grauiter perdurant. Sed hoc non ad veniam criminis, ſed ad deſertionem actus peccandi referendum eſt. Vt ideo pars ciuitatis dicatur cōplui:quia à delectatione, & actu peccandi nunc continet. Vocaturq; hęc cōtinentia pluuia, quia de fonte gratiæ procedit, vt vel ſic paulatim pœniteat, vel eo minꝰ à Deo puniatur,qui diuturni oti delectatione, & actu peccati, maius ſibi accumulaſſet tormētū.

Exponit mentem Gregorij.

Quod autem ſolet quæri. Vtrum pro illo peccato,denuo ſatisfactio ſit imponenda? Dicimus,iterum imponendā. Quia primò condignè non ſatisfecit, cùm falſa eſſet eius pœnitentia. Ait enim Innocentius. Falſam pœnitentiam eſſe conſtat,cùm ſpretis pluribus, de

An ſatiſfactio ſit imponēda huic peccato ſine alijs cōfeſſo.

De pœn. diſt. 5. c. fratres noſtros.

vno ſolo pœnitētia agitur. Vel cū ſic agitur de vno, vt non diſcedatur ab alio: Arbitrio tamen ſacerdotis poterit moderari.

Diſt. 16 De tribus quæ in pœnitentia conſiderantur. In pœnitentia autē tria cōſideranda ſunt: Cordis compunctio, oris confeſſio, operis ſatisfactio, Sicut enim tribus modis offendimus, ſic tribus modis ſatisfacere debemus, corde, ore, opere.

De tribus peccati differentijs. Tres quidem peccati differentiæ ſūt, tāq̄ tres mortes in domo, in porta, in ſepulchro, quas dominus ſignificauit in tribus mortuis, quos ſuſcitauit. Compūctio autē cōmēdatur ibi: Scīdite corda veſtra & nō veſtimēta veſtra. Confeſſio ibi. Iuſtus in principio ſermonis accuſator eſt ſui. Satisfactio ibi. Facite dignos fruct⁹ pœnitētię. *Iohel. 2. Prouer. 8. & 18. Luca. 3.*

Quæ confitenti attendenda ſunt. Deniq; qui confitetur (ſecūdū quod Aug. ait) exprimat ſacerdoti qualitatē criminis, locū, tēpus, perſeuerātiā ſuā, et ei⁹ perſonę cū qua peccauit, cōditionē et intentionem *In lib. de*

tionem, & quali hoc fecerit tẽtatione. Omnis enim iſta varietas confitenda eſt, & deflenda.

Confeſſio nõ eſt diuidẽda per diuerſos ſacerdotes.

Caueat etiã, ne verecundia ductus, diuidat apud ſe cõfeſſionẽ, vt diuerſa diuerſis ſacerdotibus velit manifeſtare, quod eſt ſe laudare, & ad hypocriſim tendere, & ſemper venia carere, ad quam fruſtra putat peruenire.

Ad Seleucianũ epiſtola 108.

De tribus actionib[9] pœnitẽtiæ.

Sũt etiã tres actiones pœnitẽtiæ. Vnde Aug. Agunt homines pœnitẽtiã ante baptiſmũ de peccatis prioribꝰ, ita tamẽ vt baptizentur. Agũt & poſt baptiſmũ pœnitentiam, ſi ita peccauerũt, vt excommunicari mereantur. Eſt etiã pœnitẽtia bonorũ fideliũ penè quotidiana de peccatis, ſine quibus hæc vita nõ ducitur, pro quibus pectora tundimus dicẽtes, Dimitte nobis debita noſtra.

Matt. 6.

Diſt. 17. Cui confeſſio faciẽda eſt.

Deniq; peccata leuia, ſocio cuilibet corde cõtrito, ſufficit cõfiteri, grauia verò ſacerdoti demũ, niſi

niſi abſit,et vrgeat periculũ: Vnde Beda ait ſup illud. Cõfitemini alterutrũ peccata veſtra. Coęqualibus quotidiana & leuia, grauia verò ſacerdoti pandimus. Sed & grauia coæqualib⁹ pãdẽda ſũt, cũ deeſt ſacerdos,& vrget periculũ. Proinde grauia ſi occulta,occultè cõfiteantur,ſi autẽ manifeſta,publica egẽt medicina. Quod Aug. docet p ſimilitudinẽ eorũ,q à domino reſuſcitati ſũt. Ait enim. In reſurrectione puellæ, pauci interfuerũt q viderũt. Int⁹ reſuſcitauit, quã intus inuenit,relictis ſolis Petro,Iacobo,& Iohãne,& patre,& matre puellæ:in quib⁹ ſignificãtur ſacerdotes eccleſiæ. Quos autem extrà inuenit,ſic reſuſcitauit. Flebat turba poſt filiũ viduæ. Flebat Maria & Martha ſupplicãtes pro fratre. In quo docemur publicè peccantibus nõ proprium,ſed eccleſiæ ſufficere meritum.

Iacob. 5. *Li. citato de vera et falſa poe. 11. cap.* *Matt. 9.* *Marc. 5.* *Lucæ 7.* *Iohan. 2.*

Diſt. 18. Quãdo &

Dimittit autẽ De⁹ peccatũ in cordis cõtritione ante confeſſionem

Pſal. 31. oris. Vnde propheta. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meã domino: & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Vbi Caſſiodorus ait. Magna pietas Dei, quæ ad ſolã promiſſionem peccata dimittit. Item Aug. Nondum pronũtiat, & deus dimittit. Dimittit autẽ peccatũ hoc modo, quia debitum æternæ mortis ſoluit, & animam interius purgat. Tegit enim Deus peccatum in pœnitente, ita vt æternaliter non puniat. Vnde Aug. Videre Dei peccata, eſt ad pœnã imputare ea. Auertere autẽ faciẽ à peccatis, eſt ea ad pœnam non reſeruare.

Super pſal. 31.

quid deus dimittat & ſacerdos.

Exponẽs illũ locũ pſal. 31. Quorum tecta ſũt peccata.

Ecce ſic dimittit peccatũ, quãtũ ad tenebras exteriores: quantũ quoq; ad interiores dimittit, quãdo animam nebulâ peccati tenebroſam illuminat, & ſuæ puritati reſtituit. Vnde. Surge qui dormis. Et in pſal. Nebulam ſicut cinerem ſpargit.

De tenebris animæ.

Epheſ. 5.
Pſa. 147

Sacerdos

Quid ſacerdos dimittat. Sacerdos, autẽ dimittit in confeſſione peccatum, miniſterio officij, quo poteſt ligare & ſoluere.

Nõ tenetur hìc Bãdinus. Solus enim ſacerdos euangelicus, & ligat, & ſoluit, hoc eſt, ligatum vel ſolutũ à Deo, ex officio oſtendit, ſicut olim legalis ſacerdos cõtaminabat & mũdabat leproſum, *Leuit.13.* id eſt, cõtaminatũ vel mundatum oſtẽdebat. Quã eni poteſtatẽ habebat iſte in corpore, hãc habet ille in mente. Oſtẽdit autẽ ſolutũ, eo ipſo, ꝙ pœnæ temporali obligat, quẽ verè pœnitere arbitratur: ligatũ oſtẽdit, ſi cõtrà fecerit. Ligat etiã ſacerdos, cum pœnã tẽporalẽ imponit: ſoluit cùm eam dimittit. Tertiò etiã ligat cũ à cõmunione ſuſpendit: ſoluit cùm communioni reſtituit.

De clauibus eccleſiæ. Hoc autẽ licet ſacerdoti facere ex autoritate clauiũ eccleſiæ, quæ ſibi in ordinatione ſũt traditę, dicẽte Epiſcopo ei, quod dixit dominus Petro. Quodcũq; ſolueris *Mat.16.* ſuper

ſuper terrã, erit ſolutũ & in cælis, & quodcũq; ligaueris ſuper terrã erit ligatũ & in cælis. Hoc eſt (vt Aug. ait) Ego Deus & omnes cæleſtis militiæ ordines, & omnes ſãcti in gloria mea, laudãt tecũ, & cõfirmãt, quos ſoluis & ligas: nõ dixit, quos putas ligare vel ſoluere; ſed in quos exerces opus iuſticiæ & miſericordiæ. Alia autẽ opera tua in peccatores non cognoſco. Hiero. quoq; ait. Hũc locũ quidã nõ intelligentes, aliquid ſumũt ꝓpter hęc verba, de ſupcilio phariſæorũ vt dãnare innoxios, & ſoluere ſe putent noxios, cùm apud Deũ, non ſacerdotum ſentẽtia, ſed reorum vita quæratur, ſcilicet vt eis profit vel noceat.

In lib. de vera & falſa pœni. ca. 10.

Super Mat. 16. Dabo claues.

Cæterùm ſiue iuſta ſiue iniuſta fuerit ſententia paſtoris, iure verenda eſt, ſine pręiudicio tamen veritatis. Interdum enim qui foras mittitur, intus eſt, & foris eſt, qui intus etiam videtur retineri.

De ſẽtẽtia paſtoris.

Hæ

Claues duæ quæ ſint. Hæ autem claues duę ſunt.ſ.ſcientia diſcernẽdi peccata,& poteſtas iudicandi de peccatis.

Diſt. 19 Quãdo hę claues dãtur & quibus? Has autẽ,omnis qui in ſacerdotẽ ordinatur accipit,& ſi enim priùs habuerat ſciẽtiã diſcernẽdi,nõ tamẽ habebat eã vt clauem,hoc eſt, autoritate clauigeri ea vti nõ poterat,quod ſolus ordinat⁹ poteſt. Videtur ſanè quod non omnes

Obiectio. ſacerdotes has claues habeãt. Ait enim Origenes. Hæc poteſtas ſoli Petro conceſſa eſt, & imitatoribus eius.ſ.dignis,vel imitatoribus in gradu,& ſi nõ in vita. Ordinis ergo eſt hæc dignitas, non perſonæ. Quod Auguſt. probat exẽplo Cayphæ. Dictum eſt(inquit) de nequiſſimo Caypha. Hoc à ſemetipſo non dixit, ſed cùm eſſet põtifex anni illius. Per quod oſtẽditur ſpiritũ gratiarũ nõ perſonã ſequi digni vel indigni,ſed ordinẽ traditionis. Vt quãuis boni meriti aliquis ſit,benedicere tamen *Quo ad ſenſum homil.1. ſuper Matth.* *In li.q. veteris & noui teſt.q.11. Iohã. 11.*

non poſſit, niſi fuerit ordinatus.

Sed cùm in contritione Deus dimittit peccatum, cur oportet quéquam deinceps ſacerdoti, hoc eſt, eccleſiæ confiteri? Arbitror inter ceteras cauſas hāc eſſe precipuā: vt per hoc ſacramentum, vnitas quæ eſt inter Chriſtum & eccleſiam, commendetur: vt ſicut ſunt duo in carne vna, & in voce vna, ita et duo ſint, in confeſſione vna. Quod nō in veteri teſtamēto, ſed nūc exigitur. Quia nūc, nō tūc, hi duo ſunt vnū in carne vna.

Quare dimiſſo à Deo crimine, ſacerdoti ſit confitendum. Solutio.

Sic agenda eſt pœnitentia (vt ſuprà diximus) vbi memoria eſt delictorū. Sed quia delicta nemo intelligit omnia, generaliter ſaltem ea cōfiteri oportet, ita ſcilicet vt Aug. ait: Dicit enim. Si verò mente aliqua exciderint peccata, confitetur quis veritatē Deo, cùm generaliter dicit. Deus qui noſti occulta cordium, opera mea & delicta mea à te non ſunt abſcondita,

De generali cōfeſſione.

Lib. 5. hypognoſticon.

dita, quibus veniam largiaris. Et hæc eſt veritas confitentis, quam diligit Deus.

Diſt.20 De his qui in fine pœnitent.

Denique cùm pœnitentia ſemper neceſſaria ſit: illa maxima laudabilis eſt, quę non tãtùm habet timorem, ſed & libertatem. Vnde Aug. Nullus expectet quãdo peccare non poteſt. Arbitrij libertatem quærit Deus, vt poſſit delere commiſſa, nõ neceſſitatẽ, ſed charitatẽ, non tantũ timorẽ, quia nõ in ſolo timore viuit homo. Illa ergo quæ in extremis agitur, non ſic laudabilis eſt, quia ex timore magìs, quàm ex charitate eſſe videtur, quando ſcilicet magìs te peccata dimittunt, quàm tu ea. Vnde Aug. Si vis agere pœnitentiã, quãdo iam peccare nõ potes, peccata te dimittunt, non tu illa. Et ideo ſic pœnitẽti ſecuritas non ꝑmittitur. Si vis ergo à dubio liberari, age pœnitentiã dum ſanus es.

In lib. de vera et falſa pœni. c. 17.

In li. 50. homilia. ho. 41.

Solet etiam quæri, Vtrum pec-

cata dimiſſa redeãt iterũ peccãti, qui pœnituit? Et dicimus, quia vtrumque ſalua fide teneri poteſt. Vtrique enim parti quæſtionis, probati fauent doctores.ſ.vt vel dimiſſa peccata redeãt, aliquo exiſtente ingrato beneficijs: quod euangelica parabola explicare videtur, vel vt nõ redeãt: ſed eorum loco tot ſint ingratitudines, quot peccata dimiſſa fuerant. Vnde Aug. Benedic anima mea domino & noli obliuiſci oẽs retributiones eius: quę tot ſũt, quot ſunt remiſſiones: tot ergo ſũt et obliuiones.

Diſt. 22 An peccata dimiſſa redeãt.

Mat. 18.

Super Pſa. 102

Diſt. 23. De vnctionib'. Vnctio catechumenorum.

Nouiſſimè ſciendũ eſt tria genera eſſe vnctionis. Prima eſt qua catechumeni, et neophyti vnguntur in pectore et inter ſcapulas, vt ad militiam Chriſti accedẽtes, ad rectam intelligentiã, rectamque operationem roborẽtur. Secunda eſt vnctio infirmorum, quæ ab Apoſtolis incœpit, dicẽte Iacobo. Infirmatur quis in vobis, inducat presby-

VNCTIO EXTREMA.

Vnctio externa infirmorum.

Iaco. 5.

presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eū oleo in nomine domini, & ſi in peccatis eſt, remittútur ei. Hęc autem vnctio, pro vario vſu eccleſiarū iteratur, vel tantùm ſemel præſtatur. Eſt autē tertia vnctio cęteris reuerentior, qua caput linitur, vel pontificis vel regis, vel baptizati vel cōfirmati in fronte. Hæc prærogatiua exuberantis gratiæ, quæ in ea confertur, chriſma dicitur, quod vnctio interpretatur. Priuilegio enim habūdantioris gratiæ generale nomē ſibi vēdicat proprium. Vnde et duos liquores præcipuos admixtos habet, oleū .ſ. & balſamum, quorum alterū pręualet in claritate, alterum in odore. Oleo ergo gloria conſcientiæ, balſamo celeberrima fama ſignificatur. Vt qui chriſmate vnguntur, & conſcientiâ perſpicui, et glorioſi famâ exiſtant.

Vnctio in confirmatione.

VNCTIO IN CONFIRMATIONE.

Quid oleū ſignificet & balſamū.

Quid ſit ſacramētum.

In his ergo ſacramentum eſt

vnĉtio hominis exterioris, Res verò ſacramenti, fecunditas interioris, quæ tunc per ſpiritum ſanĉtum datur nobis. & quid res ſacramenti.

Nunc de eccleſiaſticis ordinibus videamus, aſſignantes quam vim in nobis teneant, & qualiter Chriſtus eos in ſemetipſo geſſit. Diſt.24 De eccleſiaſticis ordinib⁹.

Eſt autem ordo ſignaculũ, hoc eſt, quoddam ſacrum quo ſpiritualis poteſtas & officium traditur ordinato. Quid ſit ordo.

Denique, iuxta prærogatiuam ſeptiformis ſpiritus, ſeptem ſunt hi ordines.ſ. oſtiarius, lector, exorciſta, accolitus, ſubdiaconus, diaconus,& ſacerdos. Quot ſint ordines clericorũ.

Iſidorus lib.7. Omnes clerici vocãtur,hoc eſt, ſortiti, eo quòd Mathias quẽ primùm ordinauit eccleſia, ſorte electus fuit. Hanc ſortem corona deſignat, quæ ſignum regale eſt & decoris. Vnde omnes eccleſiæ miniſtri reges non immeritò di- Quare vocentur clerici. Quid corona deſignet.

1.Pet.2. cantur (vt Petrus ait) Vos eſtis

genus

genus electũ, regale ſacerdotium.

Vnde oſtiarius dicatur.

Oſtiarius autẽ dictus eſt, quòd præſit oſtijs templi ; qui in veteri teſtamento Ianitor dicebatur, poſitus vt cuſtodiret templum, ne quis immundus ingrederetur in illud. Sic & nunc cuſtodit eccleſiam, dignos recipiẽdo, & indignos reſpuendo. Vnde claues eccleſię ei dantur ab Epiſcopo cùm ordinatur. *1. Paralip. 26.*

Vbi Chriſtus oſtiarij officium excuerit?

Hoc autem officium dominus in ſemetipſo impleuit, quando flagello vendentes & ementes de templo eiecit. *Iohã. 2.*

De lectoribus.

Secundus ordo lectorũ eſt, qui à legendo dicuntur, quia canunt & legunt in eccleſia, vt animos audientium ad compunctionem excitent. Ad quos ex officio pertinet, vt prophetias et lectiones in eccleſia legant. Vnde codex diuinæ legis, eis cùm ordinãtur, ab Epiſcopo traditur. Scientiam igitur habere debent, vt diſtinctè

Officium lectorũ.

quod legunt, pronuntiare & exponere valeant.

Luc.4. *Eſa.61.* Hoc etiam offitium Chriſtus impleuit, cùm librum Eſaiæ aperiens, in medio ſeniorũ diſtinctè legit. Spiritus Domini ſuper me, eò quòd vnxerit Dominus me, ad euangelizandum manſuetis miſit me. **Vbi Chriſtus lectoris officium impleuerit.**

De exorciſtis.

Tertius ordo Exorciſtarum eſt, qui latinè dicuntur increpantes, vel adiutores. Adiurant enim, vel increpant ſpiritum immundum, ſuper catechumenos & menergumenos, hoc eſt, inefficaces. Exorciſta ergo, ex offitio prędictis cũ exorciſmo manũ debet imponere. Vnde & librum exorciſmorum, ab Epiſcopo accipit cùm ordinatur. **Officium exorciſtarum.**

Marc.7. Hoc officio dominus vſus eſt, quando aures & linguam ſurdi & muti tetigit & ſanauit, cumq́; etiam multos dæmones ſuo imperio fugauit. **Vbi hoc officium Chriſtus exercuerit.**

Quartus

De acco-lytis. Quartus ordo Accolytorũ eſt: qui latinè dicuntur Cæroferarij, qui cæreos anteferunt, pręcipuè cùm legendũ eſt euangelium. Ad Offitiũ accolitorum. accolytum ergo pertinet lumẽ in ſacrario præparare, & portare, & ſuggeſta pro Euchariſtia ſubdiaconis offerre. Hic cùm ordinatur ab Archidiacono accipit candelabrum cum cæreo, & vrceolum vacuum.

Vbi Chriſtus hoc officium impleuit. Hoc offitiũ Chriſtus impleuit, cùm dixit. Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me non ambulat in tenebris. *Iohan.8. Mat.7.*

De hypodiaconis. Quintus ordo ſubdiaconorum eſt: qui ſic ideo vocantur, quia in miniſterijs ſubiacent præceptis, & officijs diaconorum. Ad Eorum officium. ſubdiaconum ergo pertinet calicem, patenamque ad altare deferre, & diaconis tradere. Vrceolum quoque & aquam, mantile, & manutergium presbyteris & leuitis tenere, pro lauandis

 mani-

manibus ante altare. Vnde cùm ordinãtur,accipiunt ab Epiſcopo calicem & patenam, ab archidiacono vrceolum etc.

Iohã. 12. Hoc officio dominus vſus eſt, quando linteo ſe præcinxit,et pedes diſcipulorum lauit. Vbi Chriſtus hoc officio functus ſit.

Diaconorum ordo ſexto loco eſt,In quo eorũ perfectio cõmẽdatur. De diaconis. Hi latinè dicũtur miniſtri: quia ſicut in ſacerdote conſecratio,ita in diacono myſterij diſpẽſatio habetur. Ad quem pertinet mẽſam domini cõponere, crucẽ ferre,& prædicare,& agendis ſacramentis ſemper aſſiſtere & miniſtrare: Officium diaconorum. qui & Leuitæ dicũtur, à tribu Leui. Quia ſicut illi tribui pro toto Iſrael miniſteriũ templi cõmittebatur:ita his pro tota eccleſia miniſteriũ deputatur altaris. His Epiſcopus manũ cũ ordinãtur imponit,et ſtolã in læuo latere,vt expediti ſint ad miniſtrãdũ: Modus ordinãdi diaconos. et ſpiritualiter,vt quicquid ad ſiniſtram

ſiniſtram pertinet, diuino iugo ſe ſubiecturos intelligãt: Dat etiã eis euangelij textum, vt illos Chriſti precones denuntiet.

Vbi Chriſtus Diaconi officio fũct'.

Hoc officio vſus eſt Chriſtus quãdo ſacramẽtũ corporis et ſanguinis diſcipulis diſpenſauit, & quãdo eos ad orãdũ commonuit dicens. Vigilate & orate vt non intretis in tentationem. *Mat. 26*

De preſbyteris.

Septimus ordo Presbyterorũ eſt, qui ſeniores interpretantur, non pro ætate, ſed dignitate. Moribus enim & prudentia in populo præcellere debent, ſicut ſcriptũ eſt. Senectus enim venerabilis eſt, non diuturna, neque annorum numero computata. Cani enim ſunt ſenſus hominis, et ætas ſenectutis vita immaculata. *Sapi. 4.*

Mod' ordinãdi ſacerdotes.

Iſtis cùm ordinantur Epiſcopus manus inũgit, quo gratiam conſecrationis accipiunt. Accipiunt & ſtolã quæ tenet vtrumq; latus ſeu premit, vt tãquã perfectiores

aduerſa & proſpera iugo domini ſubmittant. Hoc autẽ officio dominus vſus eſt, cùm panẽ & vinũ in corp⁹ & ſãguinẽ ſuũ cõuertit, et ſemetipſum in ara crucis obtulit.

Vbi Chriſtus hac poteſtate vſus.

Sunt & alia quædam nomina nõ ordinum, ſed dignitatum, velut Epiſcopus, propterea ſic dictus, quod ſuperintendat, curam ſubditorum gerens, ἐπὶ enim ſuper, σκοπεῖν intendere dicitur.

De nominib⁹ dignitatum.

Epiſcoporũ autẽ ordo quadripartitus eſt in Patriarchas ſcilicet, Metropolitanos, Archiepiſcopos, & ſimpliciter Epiſcopos. Patriarcha ſummus patrum interpretatur. Metropolitan⁹ verò dicitur à menſura ciuitatum. Archiepiſcopus autẽ princeps Epiſcoporum. Hi omnes pontifices dicũtur, & ſũmi ſacerdotes nuncupãtur: hi enim cęteros ſacerdotes & leuitas efficiunt, & omnes eccleſiæ ordines diſponunt, quæ quãdiu in eccleſiæ vnitate perſiſtũt incũctanter facere poſſunt.

Diſt. 25

De ordinatis ab hæreticis.

Si verò ab vtero errauerũt, falſaque loquũtur, dicit Innocẽtius, Greg. Cyp: & Hiero. Sol⁹ baptiſmus eorum ratus eſt: cætera verò falſa ſunt & inania quæ adminiſtrant. Siquidẽ qui honorẽ amiſerunt, dare nõ poſſunt. Per quod videtur honor iterandus eis, qui ab hæreticis ad eccleſiã redeunt. Aug. autem contradicere videtur probãs ita ius dãdi ordines hæreticis conſtare, ſicut & baptiſmus, vtrumq; tamẽ ad perniciẽ ſuam: ideoq; dare poſſunt quod habẽt: nec iterandũ eſt redeuntibus, ne fiat iniuria ſacramẽto. Sed hęc cõtrarietas multis modis cõquieſcit. Aut enĩ p̃dicti autores de hæreticis, ſẽtẽtiâ pręciſis, loquũtur, Aug. autẽ de hijs q̃ tãtùm prauitate ſui ſẽſus à fidei puritate diuiſi ſũt, aut pręd icti de hæreticis ſub alia forma ſacramẽta celebrãtib⁹ loquuntur: Aug. verò de his qui in celebrãdo formã eccleſię ſeruãt. Aut prædicti

In lib. 2. contra epiſ. ad Parmenianum.

Diſſoluit Bãdinus ſẽtẽtiarũ repugnãtiam.

prædicti ad effectũ ſacramẽtorũ reſpexerũt,quę illicitè tractãtibus inania ſunt. Aug.verò ea eſſe dixit vera et recta quantũ ad ſe.Vel prædicti de his hæreticis loquũtur,qui extra eccleſiam, Auguſtinus verò de his,qui intra eccleſiã ordines acceperunt.

De ætate ordinandorum.

De ordinandis autem canones ſanxerunt, vt ſubdiaconus antè quatuordecim annos, Diaconus verò,ante vigintiquinque annos non ordinetur, Presbyter verò ante triginta non: etiamſi valdè ſit dignus.

MATRIMONIVM.

Diſt. 36 De cõiugio.

Geneſ. 1.

Nũc de cõiugio videam⁹ quod ante omnia ſacramẽta in paradiſo legitur inſtitutũ primis hominibus domino dicente: Creſcite & multiplicamini et replete terram. Ante multiplicationẽ fiebat coniugiũ ad officiũ ſecũdũ præceptũ: Poſteà verò ad remediũ ſecundũ indulgẽtiã, vt infirmitas hominis prôna ad ruinã turpitudinis,exciperetur

peretur honeſtate nuptiarum.

Diſt. 27 Quid ſit cõiugiũ. Eſt autẽ cõiugium maritalis inter legitimas perſonas cõiunctio indiuiduam vitæ conſuetudinem retinẽs. Quæ cùm in multis capitur vel conſiſtit, in eo præcipuè verſatur, vt vtroq; viuẽte neuter eorum alij maritaliter cõiũgatur.

Quæ ſint perſonæ legitimę. Deniq; perſonæ legitimę ſunt, quas votũ cõtinẽtiæ nõ impedit, vel ſacer ordo, vel ſpiritualis carnalíſue cognatio, vel diſpar cult⁹, vel cõditio, vel naturæ frigiditas. Sed per prima quatuor penitus ſũt illegitimæ, per duo verò vltima mediæ ſunt. Etenim ſi tales ignoranter iungãtur, accidẽtibus quibuſdã cauſis, cohabitare poſſunt, & eiſdem deficiẽtibus ſeparari: velut ſi cognita cõditio placeat & naturæ frigiditas non abhorreatur.

Quæ cauſa efficit coniugiũ. Efficiẽs autẽ cauſa matrimonij eſt cõſenſus, non de futuro, ſed de pręſenti per huiuſmodi verba expreſſus

preſſus, Accipio te in virũ, & ego te in vxorẽ: in quo tã humana q̃ diuina iura cõcordant. Dicit enim lex. Non dotibus ſed affectu matrimonia cõtrahũtur. Et Iſidorus. Cõſenſus facit matrimoniũ, Conſenſus de præſenti non de futuro matrimoniũ efficit. Itẽ Nicolaus papa. Sufficiat ſol⁹ cõſenſus ſecundum leges eorũ de quorũ cõiunctionib⁹ agitur, qui ſi defuerit ſolus, cætera etiã cũ ipſo coitu celebrata fruſtrãtur. Qui cõſenſus eſt indiuiduæ vitæ & coniugalis ſocietatis inuicẽ ſeruandæ, à quo nimirũ coniugiũ initiatur & in carnali copula perficitur. Ait enim Amb. Cũ initiatur cõiugiũ, cõiugij nomẽ aſciſcitur. Itẽ Iſidorus. A prima fide deſpõſationis veriùs cõiuges appellãtur. Quòd autem in carnali copula perficiatur, ait Ambro. In omni matrimonio cõiunctio intelligitur ſpiritualis, quã cõfirmat et perficit cõiũctorũ commixtio

Effectus cõiugij.

Perfectio cõiugij. in quo cõſiſtat.

In lib. de virginibus, c. 16

In lib. ethimologiarum. c. 8.

commixtio corporalis. Itē Hiero. dicit. Dominus adulteria futura in cōiugijs quæ ſpōſali cōuētione initiātur & corporū cōmixtione perficiūtur. Ex his autē intelligere licet quòd cōiugiū ſacramentū ſit, & ſacrum ſignum, & ſacræ rei. ſ. coniunctionis Chriſti et eccleſię: ſecūdū ſpiritū, quātū ad initium eius: ſecūdū carnē, quātum ad eiuſdē perfectionē. Sicq; geminę ſacræ rei ſignū, cōiunctionis. ſ. animæ ad Deum quod ſignatur in deſponſatione, et carnis noſtræ in Deum quod ſignatur in carnali cōmixtione, quando. ſ. vir & mulier vna caro efficiuntur. Sicut Chriſtus & eccleſia vna caro ſunt facti in virginis vtero. Denique ſecundum illud vltimum ſignum autoritas illa loquitur. Non dubium eſt illā mulierem nō pertinere ad matrimoniū. ſ. (quantum ad hoc ſignum) cum qua docetur non fuiſſe commixtio ſexus.

Deeſt aliquid.

Gemina cōiūctio in coniugio intelligitur.

Leo epiſtol. 90.

Cæterùm

Cæterùm quòd conſenſus iſte à coactione immunis eſſe debeat dicunt etiã leges, Libera debẽt eſſe matrimonia tam in contrahendo quàm in diſtrahendo. Diſt. 29 Coactio excludit cõſenſũ.

Error quoque matrimonium impedit, quia nihil eſt tã contrarium conſenſui quàm error qui imperitiã detegit: ſed hoc de errore perſonæ, & conditionis intelligimus, qui omnino matrimonium impedit, non de eo qui eſt fortunæ vel qualitatis qui in matrimonio toleratur. Diſt. 30 Quòd error matrimoniũ impediat.

Finalis autem cauſa cõiugij eſt principaliter proles, ſecũdũ quod dominus ait: Creſcite & multiplicamini: Secundaria, vitatio fornicationis. Sunt & aliæ cauſæ, vt reintegratio pacis, pulchritudo viri vel mulieris, quæſtus quoque & diuitiarum poſſeſſio, & alia multa, quæ quiuis diligẽter attendens facilè inueniret. De finali cauſa coniugij. *Geneſ. 1.*

Secundũ triplex bonũ dẽ quo iam

virginis et Ioſeph. iam ſtatim infrà dicetur, inter virginem & Ioſeph perfectũ fuit coniugium. Ait enim Auguſt. In parentibus Chriſti omne bonum nuptiarum impletum eſt: prolem enim cognoſcimus Chriſtum dominum: fidem, quia nullũ adulterium: ſacramentum, quia nullum diuortium. *Lib. 1. de nuptijs et concu. cap. 1.*

Diſt. 31. **De tripli-ci bono coniugij.** Sunt denique tria bona cõiugij vt Aug. ait, Fides, proles, & ſacramentũ: fides, ne cum alio vel cum alia coëatur: proles, vt amãter ſuſcipiatur, & religioſè educetur. Quæ ſi defuerint, eſt proles ſine bono prolis, vt eſt qui hæredem poſſeſſionis temere vult habere, nõ deſiderãs ad hoc prolẽ quęrere vt religioſè informetur. Sed his duobus frequenter nuptiæ carẽt, quod nunquàm de tertio contingit, quod eſt ſacramentum ſcilicet vt coniugiũ nõ ſeparetur, hoc eſt, vt vtroq; viuente, neuter vnquã alij ſacramentaliter coniungatur. *Super Gene. ad litterã. li. 9. cap. 7.*

Eſt autem ſeparatio corporalis & ſacramẽtalis. Proinde corporaliter ſeparari poſſunt, cauſa fornicationis, abſque conſenſu, vel ex communi cõſenſu ad tẽpus, cauſa religionis, vel vſque in finẽ. Igitur vbi hæc tria bona ſunt, excuſatur coitus; vel ab omni culpa ſi fiat cauſâ prolis, vel à maiori, ſi fiat cauſâ incontinentiæ. Vnde Aug. Concubitus coniugalis generandi gratiâ non habet culpam: concupiſcentiæ verò ſatiandæ, ſed tamẽ cum coniuge propter thori fidem, venialem habet culpam. Cæterùm deficiente fide & bono prolis, coitus qui fit cauſa exaturandę libidinis cõiugis, crimen habet. Vnde Sextus Pythagoricus ait in ſententijs. Omnis ardentior amator propriæ vxoris, adulter eſt.

Quid & quotuplex ſit ſeparatio matrimonij.

In lib. de bono cõiugali.

Diſt. 37

De his quæ matrimoniũ impediunt.

Nũc cauſas quę matrimonium impediũt repetẽtes, eas prolixiùs exequamur. Non omnis itaque eccleſi-

eccleſiaſticus ordo matrimonium impedit, ſed tantùm ſacerdotiú, diaconatus, & ſubdiaconatus: In alijs verò admittitur, niſi religionis habitum ſumpſerint, vel continentiæ votú fecerint. Vnde Innocentius. Vt lex continentiæ & Deo placens munditia, in eccleſiaſticis ordinibus dilatetur: ſtatuimus quaten⁹ epiſcopi, preſbyteri, diaconi & ſubdiaconi, profeſſi, qui ſacrum tranſgredientes propoſitum, vxorem ſibi copulare prẹſumpſerint, ſeparentur. Item Ancharitana (aliàs Anchonitana) ſynodus dicit. Quicúque diaconi de cótinétia interrogati iurauerint & ſuſceperint manus impoſitioné, profeſſi cótinétiá, ſi poſtea ad nuptias cóuenerint, à miniſterio ceſſare debent.

In quo ordine ne queat ſieri coniugium.

Diſt.38 De differétia votorum.

Votú etiá aliud cómune eſt, vt quod in baptiſmo omnes faciút, aliud verò ſingulare, vt cú aliquis promittit ſponte cótinétiá. Item

 ſingu-

ſingulare, aliud eſt priuatum, vt quod in abſcōdito, vel ſine ſolennitate fit, Aliud ſolenne, vt quod ſolennitatem habet: quod facit prædictus ordo in clericis, benedictio in virginib⁹, in viduis religioſus habitus. Hoc autem ſolum matrimonium impedit. Diuiſio voti ſingularis.

Diſpar cultus, diſpar religio eſt, quæ impedit matrimonium. Non enim licet Chriſtiano cum gentili vel Iudæo inire cōiugium. Caterùm ſi dum vterque infidelis erat matrimonium inierunt, altero ad fidem conuerſo, poteſt ſtare coniugium iuxta conſilium Apoſtoli dicētis. Si quis frater habet vxorē infidelē & hæc conſentit habitare cum ipſo, nō dimittat illam & de muliere ſimiliter. In quo monet Apoſtolus quòd eſt lucrandi occaſio, cū liceat ei relinquere. Cauſā enī fornicationis et corporalis & ſpiritualis dimittitur licitè vxor. Diſt. 39 De diſpari cultu. 1. Cor. 7.

Hîc ergo ſciendum, quòd coniugium Cōiugiū triplex.

Legitimũ & ratum. iugiũ aliud eſt legitimũ & ratum, vt quod inter fideles contrahitur publicè, ſolennitatibus ſecundum morem ſeruatis. Aliud eſt ratũ & Ratum et non legitimum. non legitimum, vt quod inter eoſdem clàm & per nullam ſolennitatem contrahitur, quod ideo prohibetur ne cùm ſibi diſplicuerint legitimi coniuges, ſeparētur ceſſante probatione coniugij. Aliud eſt legitimum & non Legitimũ & non ratum. ratum, vt quod inter infideles publica ſolennitate initur.

Diſt. 40 De cognatione carnis.

Cognatio etiam quæ nubentes impedit, alia carnis eſt, & alia ſpiritus. Quæ carnis eſt, alia dicitur cõſanguinitas, alia affinitas. Conſanguinitas autem nuptias impedit vſque ad ſextũ vel ſeptimum gradum, iuxta diuerſam computationem. Affinitas quoque nuptias impedit, & quidem variè ſecundũ multa eius genera. Nam in primo genere, ita impedit ſicut conſanguinitas, hoc eſt, ad ſepti-

Quouſq; conſanguinitas impediat. Affinitatis impedimentũ.

mũ gradũ:in ſecũdo vſq; ad quintum, ſed in quarto permittuntur: in tertio verò vſque ad ſecũdum.

Primum genus affinitatis. Eſt autẽ primũ genus affinitatis tibi omnis conſanguinitas tuæ vxoris, & illi tua. Secundũ genus. Secundũ genus affinitatis eſt tibi omnis coniunx cõſanguineorũ, & cõſanguinearũ vxoris tuæ, Sic tuorũ vel tuarum coniunx illi. Tertium genus. Tertium verò tibi eſt & vxori tuæ, coniunx ſecundorum affinium, vltro citroque: ſicut qui ſunt primi generis affines, tibi & vxori tuæ ſunt inter ſe ſecundi. Denique qui ſunt ſecũdi generis affines tibi & vxori tuæ, inter ſe ſunt tertij. Quæque enim perſona addita per copulationem mutat genus & non gradum. Addita verò per generationẽ mutat gradum, ſed non genus.

Geneſ.2. Diſt.41 De gradibus affinitatis. Vnde affinitatis gradus computabis ſic: vt cùm tu & vxor tua ſecundum diuinam ſententiã ſitis vna caro & pro vna etiã perſona reputami-

reputamini. Ideo in quo gradu eſt ei ſuus conſanguineus, in eodẽ eſt tibi idem affinis: & econuerſò: & ſic in omni affinitate numera. Affinitas autem defuncto vno coniuge nõ deletur in ſuperſtite: quia validum eſt verbum domini & forte, quo dixit. Erunt duo in carne vna. *Geneſ.2.*

Diſt.42 De cognatione ſpirituali. Spiritualis cognatio eſt, quam cæleſte ſacramentũ per miniſteriũ inter aliquos facit, velut inter compatrẽ & cõmátrẽ, & eorum filios, & filias: per quod & ſpiritualis proximitas inter carnales filios & ſpirituales naſcitur: & ideo inter perſonam per quam compaternitas contracta eſt, & carnales filios alterius (vt Nicolaus papa ait) coniugium fieri non poteſt, Inter cæteros autem poteſt, licèt Paſchalis inhibere videatur à nuptijs poſt compaternitatem genitos.

Poteſt etiã quis duas cõmátres

habere vnam poſt alterã vxorem, ſi commaternitas & carnalis cõpula primæ, nunquam ſimul fuerunt, velut ſi ductam non cognouit: vel ſi dudum cognita & abſq; reconciliatione repudiata commater facta eſt alicuius. Quod dicit Paſchalis papa & Triburiẽſe conſilium. Cæterùm ſi ſimul fuerint illa duo, nonpoterit vtraſque habere vxores vt Nicolaus ait. An quis poſſit duas cõmatres ducere vnã poſt alteram?

Poſtremò de reſurrectione & de modo reſurgentium videamus. Reſurrectio igitur ab omnib⁹ credi debet. Ait enim Eſaias. Reſurgent mortui, & reſurgent qui erant in ſepulchris. Et Iohannes. Veniet hora in qua omnes qui in monumentis ſunt audient vocem filij Dei, & procedent etc. Fiet autẽ reſurrectio in voce tubæ (.i. manifeſta) quę vim reſuſcitandi habebit. Vnde propheta. Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis. Hæc deniq; tuba eſt clamor de quo

Diſt. 43 De reſurrectione.
Eſa. 26.
Iohã. 5.
Theſ. 4.
Pſal. 67
Quid ſit turba extremi iudicij.

de quo dicitur: Media nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit exite obuiā ei. Quæ vox vel tuba, dicitur eſſe archangeli, hoc eſt, Chriſti, quam media nocte proferet: quod non pro hora dicitur tēporis, ſed quia tūc veniet quādo non ſperatur, vel pro tēpore dicitur. Ait enim Caſſiodorus: Hoc tēpore primogenita Ægipti percuſſa ſunt, quādo & ſponſus venturus eſt. Hoc quoque tempus dies domini dicitur nō pro temporis qualitate, ſed quia tunc ſingulorum occulta patebunt. Vnde Daniel: Vetuſtus dierum ſedit, & libri (hoc eſt, conſcientiæ ſingulorum) aperti ſunt coram eo. *Mat.25.* *Super pſal.118.* *Exo. 12.* *Danie.7*

Diſt 44 De ætate & ſtatura reſurgentium.

Reſurget autē omnis homo ſecūdū ætatē Chriſti vt Apoſtolus ait. Occurremus omnes in virum perfectum in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Non (ait Aug) in menſuram corporis vel ſtaturæ, ſed ætatis: quia quiſque *Ephe.4.* *In li. de ciuitate Dei 22. ca.14.*

recipiet ſuam menſurã, quam vel habuit in iuuentute, ſi ſenex etiam obijt, vel fuerat habiturus ſi eſt antè defunctus. In reſurgentibus autem admirabili celeritate reſtituet Chriſtus totũ quo corpus eorum conſtiterat, nec aliquid intererit, vtrùm capilli ad capillos redeant, & vngues ad vngues: an quicquid eorum perierat, mutetur in carnem, & in partes alias corporis reuocetur, ſuſcitatore prouidente, ne quid ibi indecẽs fiat: Indecorum quippe ibi aliquid non erit. Quod de electis intelligendum eſt. Cæterùm impij an cum vicijs ſuorum corporum & deformitatibus reſurgent inquirendo laborare, quid opus eſt? Non enim fatigare nos debet incerta eorum habitudo, vel pulchritudo, quorum erit certa & ſempiterna damnatio. Impij qualiter reſurgẽt.

Interim tamen antequam re-

ſurrectio

Diſt. 45 De ſuffragijs defűctorum. ſurrectio fiat, videamus quid beneficia in eccleſia pro defunctis facta, proſint. Defunctorum igitur quatuor ordines ſunt. Quidam enim ſunt valde boni: quidam valde mali: quidam mediocriter boni: quidam mediocriter mali. Cùm ergo ſacrificia vel oblationes pro eis fiunt, pro valde bonis, gratiarum actiones ſunt: pro valde malis, etiamſi nulla eorũ adiumenta ſint, tamen qualeſcunque viuorum conſolationes ſunt: duobus autẽ alijs ordinibus proſunt, Mediocriter quidem bonis, ad hoc vt ſit eis pœnæ remiſſiõ, mediocriter verò malis, ad hoc vt tolerabilior ſit eorum damnatio.

Diſt 47 De ordinibus eorum qui iudicandi ſunt. Erunt autem ibi quatuor ordines eorum qui iudicio aderunt. Alij enim iudicabũtur et peribũt, vt quibus dicitur. Eſuriui & non dediſtis mihi manducare etc. Alij autem nõ iudicabuntur & tamen *Mat. 25*

peribunt

Iohan.3. peribunt, velut quibus dominus ait. Qui non credit, iam iudicatus eſt. Alij iudicabũtur & regnabũt, vt illi qui audient: Eſuriui & dediſtis mihi manducare alij non iudicabũtur et regnabũt: vt illi quibus dominus ait. *Mat.19.* Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael. Quod nõ tãtùm ad Apoſtolos dictum eſſe intelligẽdũ eſt, ſed ad omnes qui apoſtolicã perfectione adepti relictis omnibus ſecuti ſunt Chriſtum. Iudicabũt verò iſti & comparatione melioris facti, & poteſtate iudicij: *Pſa.149* vnde gladij ancipites in manibus eorũ, hoc eſt, ſententia de bonis & de malis in poteſtate eorum. Sed quæ ibi dicenda credũtur, vocéne proferantur, an tantùm virtute iudicis effectum accipiant, nulla autoritate apertè definitum exiſtit.

Diſt. 48

De loco iudicij & ſentẽtia.

Locus autem iudicij ſicut ſuper Iohelẽ prophetã autoritas dicit, erit

erit in ſpatio huius aëris contra montem Oliueti, vnde aſcendit: vbi iudicabit dominus in forma ſerui clarificata, apparens tã bonis quàm malis. Vnde Aug. Cum in forma ſerui clarificata iudic tem viderint boni & mali, tolletur impius ne videat gloriam Dei, & tunc ſignum crucis angeli deferẽt ante eum vt ipſe dicit. Tunc apparebit ſignũ filij hominis in cælo. *Iohel 2.* *Super Iohan.* *de trinit. li.1.c.16 & 17.* *ſententialiter.* *Mat.24*

Diſt.49 De differetia manſionum in cælo & in inferno. Cæterùm impij diuerſis pœnis torquebũtur. Pij verò in claritate cognitionis different; quia in domo patris mei manſiones multæ ſunt. Par autem erit gaudiũ omnium, vel quia quiſque gaudebit de bono alterius, quàm de proprio: vel quia de omni re vnde gaudebit vnus, omnes gaudebunt ita vt paritas non ad intentionem gaudẽdi, ſed ad numerum rerum de quibus gaudent, referatur. *Iobã. 14*

Diſt.50 De viſione bono- Poſtremò ſciendum, quòd ſancti tradunt vſque ad iudicium bonos

bonos & malos ſe mutuò videre. rũ & malorum.
Poſt iudicium verò boni videbũt malos,ſed mali non videbũt bonos. Vnde Gregorius. Infideles in imo poſiti ante diem iudicij: fideles perpetuo requie attendunt, quorum gaudia poſt contemplari nõ poſſunt. Eſaias etiam dicit. Egredientur electi & videbunt cadauera viuorum,qui præuaricati ſunt in me. Et pſalmiſta. Lætabitur iuſtus cum viderit vindictã: Cuius lętitię nos dominus cõſortes efficiat. Amen.

Super Lucã c. 16.

Eſaiæ vlt.

Pſal. 57

...ti ſententias ...Bandini.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA

5.-1